SCRIPTORES
RERVM GERMANICARVM

IN VSVM SCHOLARVM

EX

MONVMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECVSI.

EVGIPPII VITA SEVERINI

DENVO RECOGNOVIT

TH. MOMMSEN.

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCXCVIII

EVGIPPII

VITA SEVERINI

Eugyppius Africanus

DENVO RECOGNOVIT

TH. MOMMSEN.

ACCEDIT TABVLA NORICI.

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCXCVIII

LIBRI ADHIBITI:

CLASSIS I:

~~L~~	~~= Romanus Lateranus 79~~	
K	= Sublacensis 2	
C	= Casinas 145	
G	= Vaticanus 1197	
1	= Beneventanus	collati ad locos speciminis 3, 13—4, 13. 11, 1—12, 3. 41, 3—42, 4. 43, 21—46, 2. 55, 16—56, 4
2	= Parisinus 17634	
3	= Casinas 462	
4	= Romanus Vallicellianus III	
5	= Casanatensis	
6	= Lucensis	
7	= Neapolitanus VIII. B. 3	
8	= Neapolitanus VIII. B. 6	
9	= Neapolitanus VIII. B. 7	

CLASSIS II:

T	= Taurinensis F IV. 25	
N	= Romanus Vallicellianus XII	
A	= Mediolanensis Ambrosianus D 525 inf.	
M	= Mediolanensis Ambrosianus I 61 inf.	
11	= Vaticanus 5772	collatus ad locos speciminis supra citatos.

CLASSIS S:

21	= Romanus Barberinus XII. 29		collatus ibi maxime, ubi differunt libri meliores.
22	= Florentinus Laurentianus aedilium 137		collati ad locos speciminis supra citatos.
23	= Florentinus Laurentianus Strozzianus		
24	= Florentinus Laurentianus *conv. soppr.* 232		
25	= Vindobonensis 329	epitome	
26	= Admontensis 1		
27	= Surii editio		
28	= Vaticanus 6073		

CLASSIS B^{I}:

B^{v}	= Vindobonensis 416	collati ibi maxime, ubi differunt libri meliores.
B^{w}	= Melk 310	
31	= Zwettl 49	collati ad locos speciminis supra citatos.
32	= Lilienfeld	
33	= Heiligenkreuz	
34	= Linz CC. VII. 7	
35	= Klosterneuburg	

CLASSIS B^{II}:

B^{d}	= Monacensis 1044	collati ibi maxime, ubi differunt libri meliores.
B^{f}	= Monacensis 18512	
B^{m}	= Monacensis 14031	
B^{s}	= Vindobonensis 1064	
41	= Monacensis 12104	collati ad locos speciminis supra citatos.
42	= Vindobonensis 444	
43	= Lambach 109	
44	= Linz CC. V. 7	
45	= S. Floriani	
46	= Admontensis 248	
47	= Salisburgensis	
48	= Monacensis 3595	
49	= Monacensis 22240	
50	= Innsbruckensis 429	

I. DE SEVERINO ET EVGIPPIO.

Severinus, cuius vitam edimus scriptam ab aequali Eugippio[1]*), sacerdos fuit Christianus oriundus ex partibus Occidentis (ipsum originem reticuisse biographus ait 3, 14 seq. 4, 12 seq. 11, 4. 5) et postquam in Oriente, Aegypto fortasse, per aliquot annos vitam solitariam egit, inde Noricum ripense adiit ibidemque sedem posuit. Provincia ea ripam occupat Danuvii dextram inde a confiniis Pannoniae superioris ad Astura (Klosterneuburg vel ibi prope) ad confinia Raetiae secundae ostiaque Aeni in Danuvium influentis inter Boiodurum (Innstadt) et Batava (Passau). Degebat Severinus primum Asturis (11, 6. 12, 23), postea eo oppido deleto Comagenis (prope Tulln: 12, 12. 42, 5); deinde monasterium sibi condidit* 'omnibus maius' *(32, 25) iuxta Faviana, ut hic appellantur, sive Fafianam, ut est in Notitia Dignitatum p. 100 (utra forma vera sit, dubitatur), quod oppidum alii statuunt fuisse ad Mautern, alii prope Oeling, certe situm ad Danuvium inter Tulln et Lorch. Ibi Severinus vitam exegit diemque ibidem obiit. Adiit inde per Danuvii ripam* 'Norici Ripensis oppida superiora' *(22, 13:* 'superiora castella'*. 32, 9. 38, 12. 13), id est sita* 'in superiore parte Danuvii' *(36, 8|9), scilicet Lauriacum (Ens), Ioviacum (Schlägen), Boiodurum (Innstadt), item in Raetia secunda Batava (Passau) et Quintana (Osterhofen), item intus in Norico Iuvavum (Salzburg) et Cuculla (Kuchel ibi prope); praeterea memoratur Teurnia vel, ut hic dicitur corrupte Tiburnia* 'metropolis Norici' *(31, 22|23); quae itinera omnia enarrantur ordine probabili, excepto Boiodurensi 43, 21 collocato post abductos ex eo oppido incolas. Ad Raetiae ulteriora Severinus non videtur pervenisse nec magis in Pannonias. Statum provinciae qualis fuit vergente saeculo quinto, liber egregie illustrat. Stabat adhuc imperium Romanum* ('per id tempus quo Romanum con-

---

[1]) *Nominis, cuius alterum exemplum nullum novi, forma offendit; nam Εὔιππος si subesset, id Latine foret* Euhippus, *ut Εὐήμερος fit* Euhemerus, *nec facile id abire potuit in formam illam g litteram satis constanter retinentem neque recte compositam a Birtio (Beiträge zur lat. Grammatik p. 117 suppl. mus. Rhen. vol. 52) cum barbarismis, qualis est* pisteugo = *πιστεύω. Hybrida autem origo ex* euge *et ἵππος etsi in signo tolerari poterit Eusignio comparanda, nihilo minus displicet. Sed in forma ea libri et nostri et excerptorum Augustinianorum eiusdem auctoris et quatenus scimus Cassiodori et Isidori aliorumque auctorum fere consentiunt; nam quod in multis est* eugipius *vel* eugepius (euepius *libri quidam excerptorum), redit ad orthographiam corruptam.*

stabat imperium' *auctor ait 31, 3), sed limitis praesidia, ut Batavis (31, 6) et Favianis (14, 16), pauca eo tempore remanserant castellis plerisque iam desertis. Favianis et in vicinia cives Romani tributarii facti regis Rugorum e regione in Danuvii ripa sinistra consistentium (39, 25. 14, 15. 49, 4) per hos a reliquis barbaris sese tutabantur. At Gothi ex inferiore Pannonia in Noricum ingressi Rugos impediunt, quominus in Italiam pergant (16, 26 seq. cf. 18, 24) et Teurniae provinciae metropoli imminent (29, 8); in Raetia Alamanni et Quintana aggrediuntur (35, 10) et Batava (30, 3); una cum iis nominantur Heruli (34, 6) et Thuringi (36, 5. 40, 13). Propterea emigrant hortante ipso Severino oppido suo relicto Quintanenses Batava (35, 12), Batavini Lauriacum (36, 9), Lauriacenses Faviana (40, 27). Denique aliquot annis post Severini obitum Odovacar eo tempore rex Italiae propter iniurias Romanis illis Favianensibus illatas expeditionem suscepit adversus Rugos Transdanuvianos, sed cum se illis recte tutandis imparem esse sensisset, per fratrem Honoulfum et comitem Pierium (eundem qui in Italiam reversus in proelio cecidit a. 490 vel 491 testibus consularibus Italicis chron. min. vol. 1 p. 316. 319) eos universos in Italiam transfert ibique eis agros adsignat (c. 44). Incidit hoc bellum adversus Rugos ab Odovacare susceptum in maius illud, quod contra eum Italiae regem gessit imperator Zeno et iussu eius Theodericus; sed ea hoc loco non persequemur.*

Ad tempora quod attinet, post Attilae obitum († 453) Severinus in Noricum pervenit (11, 5). Adiit eum ibi Odovacar adhuc privatus (18, 26), id est ante a. 476, quo die Aug. 23 rex factus est, eodemque tempore, scilicet caeso Oreste anno eodem, venit ad Severinum Primenius ex Italia fugiens (3, 22). Odovacaris regis facti epistulae ad Severinum scriptae alibi (41, 3|4) mentio fit. Severini obitus diem Ian. 8 biographus ponit (51, 26), annum non enuntiat, sed obierit necesse est c. a. 482. nam quod refert Eugippius 52, 19|20 de bello ab Odovacare Rugis inlato, id fusius enarrant chronicorum Italicorum reliquiae (quas composuimus chron. min. vol. 1 p. 312. 313. 315) sic sub a. 487: Fevva rex Rugorum adversum regem Erulorum Odoachrem bellum movet. Collectis copiis ab utroque exercitu supra Danuvium amnem pugna initur. Multa exercitus cadaverum strages [caedes] coacervata. Sed cum iam ab utroque rege anceps victoria expectaretur, Fevva devictus tandem et vivus captus ac Odoachri oblatus, quem vitae reservatum Odoachar in Italiam secum vinctum pertrahit. Pugnatum est supra Danuvium cum Fevva et Rugis XV k. Ian., *vel, ut excerpta alia habent,* adduxit captivum Fevvanum

regem sub die XVII k. Dec., *et rursus alia:* Odoachar rex gessit bellum adversus Rugos, quos in secundo vicit et funditus delevit. *Annum 487 firmat Cassiodorus in chronicis (chron. min. vol. 2 p. 159):* hoc cons. Odovacar Foeba rege Rugorum victo captoque potitus est. *Renovati belli a Fevvae filio Frederico et fugae huius ad Theodericum degentem tum apud Novas (52, 26) unus Eugippius meminit; sed cum constet Theodericum, motum sine dubio inter alia etiam precibus Frederici illius, a Novis contra Odovacarem profectum Italiam invasisse a. 489, secunda expeditio probabiliter referetur ad a. 488. Inter id bellum autem et translationem Romanorum Favianensium in Italiam intervallum aut nullum fuit aut certe non magnum. Iam cum teste biographo Favianenses illi in Italiam transituri Severini corpus, ut cum ipsis eodem deportaretur, exhumaverint post sexennium (53, 9/10), mortuus est circa a. 482. Depositum est cadaver, postquam aliquamdiu mansit ad montem Feletrem (quod est oppidum S. Leonis in regione Monte Feltre prope S. Marini civitatem), sedente papa Gelasio (54, 17), id est inter a. 492 et 496, in monasterio ab ipso appellato prope Neapolim Campaniae in castro Lucullano, cuius monasterii Gregorius I episcopus Romanus aliquotiens mentionem facit (epp. 3, 1. 9, 181. 11, 19), etiam in urbe Roma Severino ecclesiam addens dedicare se velle (ep. 3, 19). Illi monasterio postea praefuit qui vitam scripsit Eugippius presbyter (2, 15. 46, 3), qui adulescens opinor Severinum in Norico ipse cognoverat (1, 19. 4, 19. 57, 18) et adfuerat morienti (51, 26) et in comitatu fuerat, dum corpus in Italiam transfertur (54, 7). Praeterea ad relationes eorum, qui cum Severino vixerant, non semel provocat (1, 19. 22, 23 seq. 28, 9 seq.). Ipse in exordio ait scribendi consilium se cepisse consulatu Importuni, id est a. 509, id executum esse post biennium. Scripsit igitur a. 511 Neapoli regnante Theoderico. — Eiusdem Eugippii extant* excerpta ex operibus sancti Augustini *dedicata Probae virgini, nuperrime cum hac vita a Pio Knoell in corpore scriptorum ecclesiasticorum Vindobonensi recensita ad libros scriptos. Ii quamquam plane differunt a codicibus, qui vitam servarunt, Neapolitanam eorum excerptorum originem aliquatenus testatur subscriptio servata in codice uno Parisino 11642 (cf. MG. script. Lang. p. 412);* imp. d. n. Tiberio Constantino perpetuo Augusto anno septimo, post consulatum eiusdem Augusti anno tertio, indictione quintadecima die id. Dec., *id est a. 581 Dec. 13,* obsidentibus Langobardis Neapolitanam civitatem, *eius urbis episcopus Redux obtulit ecclesiae eius* codicem excerptorum, quem ex opusculis sancti Augustini beatae recordationis Eugippius presbyter et abba

fecit. — *Eugippium presbyterum vidisse se ait Cassiodorus (c. a. 490 — c. a. 583) commendans in institutis divinarum litterarum c. 23 excerpta illa Augustiniana,* viri, *ut ait,* non usque adeo saecularibus litteris eruditi, sed scripturarum divinarum lectione plenissimi. *Isidorus denique († 636) in libro de viris illustribus c. 34* Eugippius, *inquit,* abbas Lucullanensis oppidi Neapoli Campaniae .. ad quendam Paschasium diaconum libellum de vita sancti Severini transmissum brevi stilo composuit. Scripsit et regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Severini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit. Claruit post consulatum Importuni iunioris Anastasio imperatore regnante. *De regula quod ait Isidorus fortasse sumpsit ex v. 22 carminis reperti in codice Vaticano 7172 saec. IX scripto alicubi in Italia meridionali, ubi f. 33 praescribitur* in sancti Severini, *editique post Ozanam (documents inédits Parisiis 1850 p. 241 cf. p. 105) cum vita a Sauppio et Knoellio; quod carmen recognitum ab Huelseno nostro ad codicem (omissis glossis suprascriptis verbis rarioribus) in adnotatione subieci*[1]), *praeter hunc locum totum compilatum ex ipsa vita.* — *Inscripse-*

---

[1]) *Canticum laudis domino canentes*
Hunc diem festum celebremus omnes,
Quo Seuerinus penetrauit almus
Celsa polorum.

Quis (*qui* cod.) *stilo diues modulansque plectro*
Cuncta signorum replicare possit,
Quae potens Christus studiis opimis
Contulit eius?

Inclitus uates nimiumque felix,
Saepius cui deus intimabat c. 11, 1
Tunc ad oppressi populi salutem c. 39, 1
Multa futura.

Voce praesaga laqueos latronum c. 4, 1. 5, 3.
Atque praedonum machinas retexens 10, 2
Valde tutabat monitis supernis c. 11, 1. 25, 3
Oppida fessa.

Dulce solamen miseris ministrans c. 3, 3
Horridam pestem famis (*fames* cod. m. 1) *amputauit,*
Barbara plures feritate uictos c. 8, 5. 9, 1.
Soluit ab hoste. 10, 2. 19, 3

Magne confessor, humilis magister,
Tu quidem normam monachis dedisti, c. 4, 6. 9, 4
Calle demonstrans sobrio sequaces
Scandere celum.

In tuis sacris manibus refulsit c. 13, 2
Celitus lumen refluensque creuit
Ad tuos haustus olei liquamen c. 28, 2
Fontis ad instar.

runt ex aequalibus scriptoribus aevi Theodericiani Fulgentius Ruspensis domino beatissimo et plurimum venerabili ac toto caritatis affectu desiderabili sancto fratri et compresbytero Eugyppio *epistulam (Migne vol. 65 p. 344); Dionysius exiguus* domino sanctissimo et a me plurimum venerando sacro Eugipio presbytero domino sanctissimo et plurimum venerando *versionem Latinam libelli Gregorii Nysseni* de condicione hominis *(Mabillon vet. anal. ed. 1723 p. 59); Fulgentius Ferrandus diaconus Carthaginiensis* domino beatissimo et debita caritate peculiariter honorando sancto fratri (patri *ep. altera*) Eugippio presbytero *epistulas duas, quarum ex codice Casinate alteram edidit Maius (nova collectio 3, 2, p. 169), alteram Reifferscheidius anecdotorum Casinensium ep. 6 (ind. lect. univ. Vratislav. 1871|2), utramque editores florilegii Casinensis vol. 1 p. 194. 195. — Denique martyrologium Romanum parvum,*

Condolens cunctos inopes (*inhopes* cod.) *fouebat,* *c. 17, 1*
Languidos sanans releuabat aegros: *c. 6, 1. 14, 1.*
Omnis accedens (os̄ *accendens* cod.) *salubrem medelam* *33. 34. 38, 2*
Sumpsit ab illo.

Tuque Syluinum loculo iacentem, *c. 16, 4*
Fratribus coram precibus peractis,
Morte deuicta redire fecisti ad
Gaudia uitae.

Cereos flamma fidei cremante *c. 11, 3*
Arguit sanctus pater infideles:
Nosque flammescunt deitatis igne
Algida corda.

Cuius ad funus ueniens sacratum (*sacratus* cod.)
Mutus accepit modulos loquelae, *c. 45, 1*
Caecus (*cetus* cod.) *exultat procul ambulantes* *c. 46, 4*
Cernere notos.

Neapolis, gaude (*gaudet* cod.) *redimita festa,*
Plaude caelestem retinens patronum,
Quem tibi summus decus et iuuamen
Praestitit auctor.

Huius o clemens meritis (*meriti** cod.) *creator*
Gloriam nobis ueniamque confer,
Quo tui cultus super astra semper
Luce fruamur.

Gloriam patri resonemus omnes.

Non omittam poetarum medii aevi in monumenta nostra receptorum editoribus Traubio et Winterfeldio hanc opinationem non probari; Isidorum vix cogitasse videri de hoc carmine; ipsum stilum referre aevi Carolingici. — Legendum esse coniecerunt 10 saepius cui tu deus intimabas *Traubius* — 19 vinctos *idem* — 35 redire] regredi *Sauppe,* reducem *O. Hirschfeld* — 39 nosque] moxque *Sauppe,* hisque *Traube* — 45 festa] festis *Sauppe,* serta *(casu ablativo;* serta, -tae *habent poetae Carolingici) Traube* — 50 gloriam] gratiam *Winterfeld* — 51 cultus] vultus *Traube.*

quod periti iudicant compositum esse saec. VI exeunte, ad d. VI id. Ian. adnotat: Neapoli Severini confess. Victorini fratris. *Ea sic repetit aucta martyrologium Adonis saec. IX:* VI id. Ian. apud Neapolim Campaniae sancti Severini confessoris fratris beatissimi Victorini clarissimi viri in miraculis. qui et ipse fratris imitator post multarum virtutum perpetrationem sanctitate plenus quievit sepultus in loco, ubi primum abstinentissimus quam ad episcopatum vocaretur conversatus fuerat. *Haec adnotatio translata inde in martyrologia et legendaria posteriora pleraque (cf. acta sanct. Ian. vol. 1 p. 499 seq.) aperte pendet ex vita Severini Eugippiana, quae 54, 18/19 meminit Victoris episcopi Neapolitani mutati hic in Severini fratrem Victorinum. Ex eadem videntur enata esse acta fratrum Severini et Victorini Septempedanorum edita in actis sanctorum l. c. et servata et in aliis libris et in Bruxellensi 18644—18652 saec. XII (cf. catal. codd. hagiogr. bibl. Brux. vol. 2 p. 423).*

Paschasius diaconus, ad quem utpote in litteris excellentem Eugippius commentarium hunc misit expoliendum, diaconus est ecclesiae Romanae, auctor, ut ait Gregorius magnus (dial. 4, 40), libri qui extat de spiritu sancto contra Macedonium (Migne vol. 62 p. 1—40) et in schismate inter Laurentium et Symmachum illius fautor acerrimus, defunctus vivo Symmacho († 514).

II. LIBRI SCRIPTI.

CLASSIS I.

Consularium Italicorum reliquiae, quae circumferuntur sub nomine Anonymi Valesiani, aetate vita nostra non multum posteriores, haec habent (chron. min. ed. meae p. 314. 315) inde excerpta. — De quo *(Odoacare), aiunt,* ita invenitur in libris vitae beati Severini monachi intra Pannoniam, qui eum admonuit et praedixit regnum eius futurum. ita repperis ad locum: quidam barbari *(18, 23. 24)*. . . . largiturus *(19, 2/3)*. interim ut dei famulus ei praedixerat, mox in Italiam ingressus est, regnum accepit. eodem tempore Odoacar rex memor factus, quod a viro sancto praedictum audierat, statim familiares litteras ad eum dirigens *(41, 4)* . . . optionem *(41, 5)*. ergo vir dei tantis itaque eius alloquiis per litteras invitatus *(41, 7)* . . . imperatis *(41, 8/9) et post alia:* quodam tempore *(41, 9)* . . . *42, 3* significans.

Paulus diaconus Severini vitam adhibuit tam in historia Romana 15, 9 (nisi hoc loco usus est excerptis modo laudatis ex consularibus Italicis) quam in historia Langobardorum 1, 19.

Gesta episcoporum Neapolitanorum qui scripsit saec. VIII finiente vel incipiente VIIII (scr. rer. Langobardicarum p. 398—435) c. 11 praeter ea, quae ex Severino per Paulum adscivit, ipsius huius vitae c. 40. 45. 46 expilavit.

Romanus Laterani capituli 79 saec. X. Quattuor voluminibus quod constat corpus vitarum sanctorum (praescripsit manus recentior: est compositum a Secundino episcopo Tauromenitano tempore sancti Gregorii papae), *hanc Severini habet vol. 1 f. 29—40. Epistulae Eugippianae praescribitur:* incipit prologus de vita vel obitu sancti Severini, *subscribitur:* explicit prologus, incipiunt capitula; *sed ex rubricis non adest nisi primae principium:* quomodo ..... asturis vocatur et caetera. *Sequitur:* expliciunt capitula [explic. vita et obitus beati Severini. incipit epistola Paskasii diaconi ad Eugepium presbyterum, *deinde epistula Paschasii*]. *Deinde sub titulo* VI id. Ian. incipit vita vel obitus sancti Severini confessoris *vita perscripta est rubricis supra omissis ad singula capitula adscriptis litteris miniatis; earum decimam a librario omissam emendator atramento adiecit. Subscriptio nulla; sed quae supra intra [ ] posuimus, ea apparet in archetypo codicis extremum locum tenuisse translata inde a Laterani librario post epistulam Eugippianam. Ad hunc librum, sed parum recte adhibitum, vitam edidit A. Kerschbaumer a. 1862. Diligenter eum contulit Sauppii causa Hugo Hinck; recognovit Knoellius.* L

Sublacensis n. 2 saec. XI sub titulo nat̄ Severini incipit prologus *habet epistulam Eugippii, deinde sub titulo* incipit vita eius *vitam subscriptione nulla; rubricae absunt itemque epistula Paschasii. Praecedit passio sancti Concordii; sequitur passio sanctorum Iuliani et Basilissae. Marginibus a bibliopega mutilatis desunt 13, 7* secus ... portas *et 14, 4* dei ... 5 ciborum. *Contulit librum meo iussu Iohannes Lucas.* K

Casinas 145 saec. XI (specimen scripturae dat catalogus editus) inter vitas sanctorum, quas catalogus is recenset vol. 3 p. 285 seq. continet hanc nostram. Contulit eam in usum Knoellii Carolus Hofmann; mea causa ad specimen solum Ioh. Lucas. Epistulae Eugippianae praescribitur: incipit epistola Eugepii p̄bri ad Paschasium diaconum de vita et miraculis sancti Severini, *subscribitur*: explicit prologus, capitula dimitte. *Sequuntur nihilo minus rubricae sine inscriptione, subscriptum:* expliciunt capitula. *Vitae praescribitur:* vita vel obitus sancti Severini confessoris. lectio prima, *subscriptum:* explicit; *denique epistula est Paschasii sub praescripto* incipit epistola Paschasii diaconi rescripta ad Eugepium C

presbiterum *sine subscriptione. Sequitur vita sancti Hilarii episcopi et confessoris.*

Casinas 139 saec. XI (bibl. Casin. vol. 3 p. 258. 259) convenit cum C *nostro, nisi quod abest ab eo index capitulorum. Ad specimen nostrum collatus cum nullo loco discedat ab illo, non comparet in apparatu, omnino descriptus ex illo.*

G *Vaticanus 1197 saec. XI, quem, ut ex ipso apparet, a. 1580* canonici et capitulum cathedralis ecclesiae Valvensis sancti Pelini in Pelignis *(cf. C. I. L. vol. IX p. 297) Vaticanae bibliothecae obtulerunt, Eugippiana habet f. 189—205, scilicet epistulam Eugippii sub praescripto:* incipit epistola Egepii (*em.* Eugepii) presbyteri ad Paschasium diaconum de vita et miraculis sancti Severini *sine subscriptione; capitula sine inscriptione subscripta sic:* expliciunt capitula; *vitam sub praescripto:* incipit vita vel obitus sancti Severini *sine subscriptione; epistulam Paschasii sub praescripto:* incipit epistola Paschasii diaconi rescrita *(sic)* ad Eugepium presbyterum *sine subscriptione. Sequitur vita sancti Hilarii episcopi et confessoris. liber in usum Knoellii collatus est ex parte ab ipso, ex parte a G. Kieseritzky.*

1 *Codex capituli Beneventani numero carens* (*signatus est sic:* s. Ambrosii in symbolum tractatus; acta sanctorum) *saec. XI/XII f. 241'—272' post epistulam Eugippii, cui praescribitur:* in s̄. Severini: incipit epistola Pascasii *[sic]* ad Eugepium presbyterum: lectio I *et Paschasii, cui item praescribitur:* epistola Pascasii diaconi ad Eugepium presbyterum, *subscribitur autem:* explicit prologus, *vitam exhibet sine inscriptione; subscribitur:* nona lectio in sancti Severini de epiph̄: lectio sancti Eug̅ secundum Iohannem. *Rubricae desunt. — Bethmannus integrum perlustravit et adnotavit potiora; specimen deinde misit Ioh. Lucas.*

2 *Parisinus 17634 saec. XVI, antea Caelestinorum. Praescribitur epistulae Eugippii:* incipit vita sancti Severini abbatis. *Index capitulorum et epistula Paschasii absunt. Specimen misit Girard.*

3 *Casinas 462 saec. XI f. 225'—236' incipit sub praescripto hoc:* in s. Severini c̄f incipit prologus de vita beati Severini confessori *(sic) a Paschasii epistula scripta, ut hic legitur,* Eugenio. *Subscriptum:* explicit prologus, incipit vita eius. *Finit liber mutilus 32, 17* ridiculam uanitatem. *Ad unum locum speciminis 11, 1—12, 1 librum attulimus. Specimen sumpsit Lucas.*

4 *Romanus Vallicellianus III saec. XI f. 84 seq. scriptus eadem litteratura atque Casinates et Neapolitani. Sub prae-*

scripto: incipit prologus de vita sancti Severini *legitur epistula Paschasii ad Eugippium, qui hic dicitur* Eugenius *pariter atque in Casinate 462; subscriptum:* explicit prologus. *Vita, cui praescribitur:* incipit vita eiusdem, *passim hiat; deficiunt loci hi 14, 18* latrunculos ..... *17, 23* prosperioribus *folio exciso et libro ipso integro p. 22, 13* dum adhuc .... *41, 2* incommodo *et rursus amissis foliis duobus 45, 11/12* tatem corporis ... *53, 1* depraedatio.

Romanus Casanatensis B. 1. 11 saec. XI habet epistu- 5
lam Eugippii sub titulo incipit epistola Eugebii presbiteri ad Pascasium diaconum et vita sancti Severini, *deinde vitam, a qua absunt c. 10. 14. 20—25. 30—32. 35; absunt item epistola Paschasii et rubricae. Specimen sumpsit Lucas.*

Lucensis bibliothecae capitularis IX, C saec. XII vitam 6
sancti Severini habet f. 21—28. Epistulae et rubricae absunt; vitae praescribitur: VI idus Ianuarii incipit vita sancti Severi *(sic)* Colonensis *(sic)* episcopi; *subscriptio nulla. Praecedunt vitae sanctorum Iuliani et Basilissae, sequitur vita beatissimi Basilii episcopi et confessoris. Specimen misit moderante canonico bibliothecario Iosephus Martini.*

Neapolitanus VIII. B. 3 f. 11—44 saec. XI/XII; antea 7
Aemilii de Cavalieri Neapolitani ab a. inde 1694 episcopi Trojae (Ughelli Ital. sac. 1² p. 1348). Praescribitur: vita vel obitus sancti Severini confessoris; *subscriptio nulla. Epistulae duae et index capitulorum absunt. Specimen sumpsit mea causa Lucas misitque paginam photographice expressam.*

Neapolitanus VIII B 6 saec. X/XI, antea eiusdem Ca- 8
valierii. Praescribitur: vita et miracula sancti Severini abb; *subscriptio nulla. Epistulae duae et index capitulorum absunt. Specimen sumpsit cum photographia Lucas.*

Neapolitanus VIII B 7 f. 93—104' saec. XI. Praescribi- 9
tur: nat sancti Severini conf et episcopi. *Epistulae et index capitulorum absunt, item c. 29—32; denique finit p. 42, 17 in* oratione mundari. — *Specimen sumpsit cum photographia Lucas.*

CLASSIS II.

Bobiensis n. 148 antea (ut adnotatum est in ipso codice), T
iam Taurinensis bibliothecae universitatis F. IV. 25 saec. X in ipso principio f. 1—24 habet vitam quam edimus, scilicet epistulam Eugippii sine praescriptione et subscriptione; rubricas cum praescripto: incipiunt capitula de his quae in com-

memoratorio continentur, id est quibus vitae vel gestorum sancti Severini panduntur indicia *et subscriptione:* expliciunt capitula; *vita cum inscriptione:* incipit vita sancti Severini abbatis *et subscriptione:* explicat commemoratorium, in quo sancti Severini vitae continentur indicia; *epistula Paschasii cum praescriptione:* incipit rescriptum sancti Pascasii diaconi et *subscriptione:* explicat epistola Pascasii diaconi ad Eugipium presbiterum directa. *Sequitur sub praescripto* incipiunt capitula libri qui vocatur paradisus *historia Lausiaca Palladii Latine facta. Indicaverunt librum Peyron (Ciceronis orationum fragmenta 1824) p. 41. 220; Bethmann apud Pertzium Archiv 9 (1847) p. 609; Reifferscheid bibl. Italica 2 (1871) p. 137; contulit Knoellius.*

N *Romanus Vallicellianus XII saec. XII f. 74—108 exhibet vitam Severini. Insunt epistula Eugippii sub praescripto:* incipit vita sanctissimi abbatis Severini: epistola Eugepii presbyteri ad Paschasium diaconem directa *subscriptione nulla; rubricae sub praescripto:* incipiunt cap̄ de his quae in commemoratorio continentur, id est quibus vitae *(sic, errat Knoell)* vel gestorum sancti Severini panduntur indicia; *subscriptum*: expliciunt cap̄; *vita sub praescripto:* incipit vita sancti Severini abbatis *subscriptione nulla; epistula Paschasii sub praescripto:* incipit rescripta sancti Paschasii diaconi, *subscriptum:* explicit epistola Paschasii diaconi ad Eugipium directa. *Praecedit vita Hilarionis eremitae Hieronymiana, sequitur pariter atque in Taurinensi liber paradisus.*

Romanus Vallicellianus H 6 scriptus ab Antonio Gallonio vitam Severini continet descriptam 'ex mss. n(ostrae) b(ibliothecae)', fortasse ex nostro N.

A *Mediolanensis Ambrosianus D 525 inf. saec. XI praescribit epistulae Eugippianae:* epistola Eugepii presbyteri ad Pascasium diaconum directa; *rubricis:* incipiunt capitula libri eiusdem, *subscribens:* expliciunt capitula; *vitae:* incipit vita sancti Severini abbatis; *epistulae Paschasii:* incipit episcopus *(sic)* sancti Pascasii diaconi. *Pariter atque in praecedenti praecedit vita beati Hilarionis, sequitur* liber qui vocatur Paradisus. — *Indicaverunt librum Bollandiani eumque in analectis (vol. 11 a. 1892 p. 290 seq.) diligenter descripserunt; contulit mea causa intercedente Elia Lattes B. Nogara.*

M *Mediolanensis Ambrosianus I. 61 inf. saec. XI/XII. In corpore, cui praescribitur:* incipit liber vite sanctorum patrum editus a diversis sancte ecclesiae doctoribus *est vita Severini f. 46'—60'. Praescribitur epistulae Eugippii:* incipit epistola Eugepii presbyteri ad Pascasium diaconem directa de

vita sancti Severini abbatis; *vitae:* incipit vita sancti Severini abbatis ab Eugepio presbytero edita Pascasioque diacono directa, *subscribitur:* explicit vita sancti Severini. *Rubricae et epistula Paschasii absunt. Praecedit vita Hilarionis, sequitur Palladii historia Lausiaca pariter atque in praecedentibus. — Contulit librum ad usum Sauppii Benedictus Niese, prima capita mea causa relegit Nogara.*

Bobiensis olim (ut in ipso codice adnotatum est), iam 11
Vaticanus 5772 saec. XI descriptus est, ut demonstravit Knoell (in actis minoribus academiae Vindobonensis cl. phil. hist. vol. 95 p. 454 seq.), ex altero olim item Bobiensi, iam Taurinensi, sed rubricarum laterculo omisso itemque epistula Paschasii. Quapropter eum abieci.

CLASSIS S (absunt epistulae et rubricae).

Barberinus XII, 29 (olim 925) saec. XII/XIII continet 21
vitas sanctorum complures a die II kal. Dec. (S. Andreae) ad VI k. Dec. (S. Gaudentii) ex ordine decurrentes, in his f. 45—52 vitam Severini sub praescriptione: VI idus Ian. incipit vita sancti Severini. *Deficiunt haec:*

15, 6 quos ita .... *16, 25* honorarent
20, 23 Magna ... *21, 9* sustinui
22, 23 quod tamen ... *23, 18* accensi divinitus

quorum hiatuum primus communis est omnibus classis S libris; in secundo et tertio Barberinus eadem habet quae habent eiusdem ordinis libri epitomati, cum pleni reliqui, scilicet Florentini duo (22. 24), in his etiam latius hient. possis igitur non sine causa conicere archetypum libri Barberini pariter hiasse atque hos scriptoremque duos locos 20,23—21,9 et 22,23—23,18 adscivisse ex decurtato exemplo. In parte priore, fere ad c. 21 multa reperiuntur ab eadem ut videtur manu emendata. Capita, quae distinguuntur non numeris, sed litteris initialibus rubricatis, sunt numero quattuor et quadraginta, quorum c. 1—8 eadem sunt atque in editione, c. 9—11 (c. 9 incipit p. 19, 11 Romanis *[sic], c. 10 p. 20, 13* his auditis, *c. 11 p. 24, 30* pauper uero*) respondent c. 9—12 textus pleni; c. 12—44 non multum differunt ab eiusdem textus c. 13—45 (scilicet c. 12. 13 respondent genuino c. 13, c. 29. 30 genuino c. 32, c. 34. 35 genuino c. 36). Contulit librum meo iussu Iohannes Lucas.*

Florentinus Laurentianus aedilium eccl. Flor. 137 saec. XI 22
(cf. Bandini bibl. Leopold. vol. 1 p. 338) f. 60 seq. continet vitam Severini sub praescripto: V id. Ian. acta et vita sancti

Severini; *subscriptio nulla. Capita 1—8 eadem sunt atque in editione; c. 9 incipit p. 20, 13* his auditis, *c. 10 p. 24, 30* pauper; *deinde libri capita a 13 inde, quod in hoc codice est 11, non magnopere recedunt ab antiqua numeratione fiuntque omnia undequadraginta. Deficiunt in codice haec hiatibus male celatis:*

15, 6 dimicante quos ita consuevit .... *16, 25. 26* officiis honorarent rugorum] dimicante rugorum

20, 13 his auditis reverentissimus Christi servus .... *24, 17* temerator atque contemptor] his auditis reverentissimus Severinus atque confessor *(sic).*

Partem mea causa contulit Georgius Karo.

23 *Florentinus Laurentianus Strozzae (Bandini bibl. Leopold. 2, 268) saec. XIII inter alias sanctorum vitas hanc Severini exhibet f. 82 initio mutilam, scilicet incipientem p. 43, 18* continuus et quadraginta fere annis. *Capita numerantur fere ut in eo qui praecedit. Specimen misit Karo.*

24 *Florentinus Laurentianus conventi soppressi 332 (antea Vallombrosae 667) saec. XII med. et in principio et in fine mutilus inter alia ecclesiastica continet f. 70′ vitam Severini inscriptam ut in Florentino aedilium* VI id. Ian. acta et vita beati Severini conf. *Hiatus iidem sunt atque in modo citato. Capita in hoc libro numerantur quinque et quadraginta, uno minus quam in recensione genuina. Scilicet c. 9 hic incipit p. 19, 11* Romanos; *c. 10 p. 20, 1* quippe; *c. 11 p. 20, 13* his auditis; *c. 12 p. 24, 30* pauper, *itaque c. 13 in hoc libro antiquum numerum servavit. Deinde capita 33. 34 in hoc numerantur pro uno. Specimen misit Karo.*

Eiusdem classis libri decurtati tres Vindobonensis 329, Admontensis 1, Vaticanus 6073 itemque editio Suriana, denique, quatenus pervenit, liber Venetus non habent nisi haec:

11, 2 tempore — *15, 6* dimicante
16, 26 rugorum — *17, 24* terminauit
18, 26 inter quos et — *20, 22* obuiare
21, 10 tunc nuntius — *22, 23* nequeo reticere
23, 19 alio — *25, 4* exemplum
26, 13 quintanis — *27, 7* excederet
28, 14 talibus — *29, 11* obtulerunt
31, 3 per id tempus — *32, 5* deferretur
33, 4 igitur — *33, 16* sacerdotum
34, 25 post haec — *34, 29* mundatus est
41, 3 isdem temporibus — *46, 26* et sanabat
47, 12 deinde — *49, 1/2* praeteriet

49, 30 nonis — *50, 19* custodire
51, 19 post — *55, 15/16* reddebat
55, 18 monasterium — *56, 2* amen.

Vindobonensis n. 329 saec. XII vergentis (dubitaverunt 25
periti de aetate, sed libro diligenter considerato Theodorus Gottlieb bibliothecarius iudicavit eum eius quem dixi aetatis esse) scriptus, ut videtur, in Italia, pars est Passionalis maioris; scilicet folia sedecim numerationem vetustiorem duplicem habent, alteram manu saec. XV foliis eo tempore transpositis, alteram manu saec. XVI vel XVII recto ordine restituto; illa numeros habet 181—192. 176. 178—180, haec numeros 175—190. Hoc est quod adhibuit Wolfgangus Lazius (Vienna 1546 l. 1 c. 4 p. 15 seq.) Severini historiae 'vetustius exemplum in pergameno ante ducentos fere annos scriptum'; nam quod ait in eo libro manu antiqua ad marginem adnotatum esse Wiennam tempore sancti Severini vocatam esse Fabiana, interrogatus a me rescripsit Gottliebius totidem verbis in eo libro reperiri adscriptum manu saec. XV. Praecedit in codice vita sanctae Columbae, sequitur vita Pauli primi heremitae. Ex hoc opinor codice descriptus est adservatus Schlierbachi n. 27 (cf. Xenia Bernardina vol. 2 p. 491) inscriptus ita: de sancto Severino historia, quae Viennae in bibliotheca archiducali extat in membranis descripta, quam Lazius historiam Herulorum Eugippii nominat: ex illo antiquo curabat describi a. 1625 Ioh. Hartmannus l. baro Enenkilius.

Admontensis n. 1 f. 98—105 saec. XI, collatus olim a 26
Wattenbachio (cf. Pertz Archiv 10, 631). Ipse non vidi.

Vaticanus 6073 saec. XIII incipientis f. 44 seq. vitam 27
hanc habet inscriptam incipit vita sancti Severini confessoris, *deficiens libro ipso integro p. 44, 8/9* domini Iesu. *Contulit meo iussu Iohannes Lucas integrum; ego cum ad specimen tum aliquoties extra ordinem librum adlegavi.*

Surii codex deperditus (vide infra p. XXV). 28

Venetus Marcianus Lat. 9, 28 (= 21, 117 vol. 5 p. 289 apud Valentinellium) saec. XII f. 76—79 inter vitam Hilarionis monachi et passionem Crisanti sub titulo incipit vita sancti Severini confessoris *habet eius principium finiens libro integro p. 20, 16 in verbis* maiora concedat *subiecta clausula* Iesus Christus dominus noster cui est honor et gloria per infinita secula seculorum amen *(cf. p. 56, 1). Huiusce familiae esse ut certo deprehenditur (e. c. habet 11, 3* res turbabantur ambigue), *ita errores proprii passim reperiuntur (ut ibidem est* ceteraque per loca et confinia), *neque operae pretium visum est quae inde mihi enotavit Adolfus Harnack in recensum referre.*

CLASSIS R^{I} (absunt rubricae).

R^{v} *Vindobonensis n. 416 saec. XI|XII (antea universitatis Vindobonensis n. 818, item teste Hansizio Germ. sacr. 1 [Aug. Vind. 1727] p. 69 olim Fabri). Epistulae Eugippii praescribitur:* incipit epistola Egipii in vitam sancti Severini episcopi (*em. in* monachi). *Post vitam sequitur epistula Paschasii sine inscriptione et subscriptione. Capitula non separantur. Habui ipse.*

R^{w} *Melk n. 310 (antea F 8) saec. XIII, scriptus sub Walthario abbate 1224—1247, f. 47—59. Inde vitam ed. Pezius (vide infra p. XXV). Vitae praescribitur:* vita s. Severini mͦ. a. VI idus Febr. *Post vitam sequitur nullo intervallo et praescriptione nulla epistula Paschasii; eam excipit epistula Eugippii, cui praescribitur* prologus in vitam Severini mͦ. *Capitula non separantur. Habui ipse.*

31 *Zwettl n. 49 (cf. Xenia Bernardina vol. 2 a. 1892 p. 320) f. 239—251 saec. XII. Epistulae Eugippianae praescribitur:* incipit epistola Egipii in vitam sancti Severini episcopi, *subscribitur:* explicit epistola; *vitae praescribitur:* incipit vita sancti Severini episcopi; *epistula Paschasii sequitur sine praescriptione. Accurate et plene de eo libro rettulit ad me Benedictus Hammerl monasterii eius tabularius.*

32 *Lilienfeld 132 saec. XIV (cf. Xenia Bernardina vol. 2 a. 1892 p. 322) f. 26—46. Praescribitur epistulae Eugippianae:* incipit epistola Egyppii in vitam sancti Severini, *subscribitur:* explicit epistola; *vitae praescriptum:* incipit vita sancti Severini; *epistulae Paschasianae:* incipit prologus Paschasii diaconi. *Vita evidenter descripta est ex codice hodie Vindobonensis 416 eoque emendato; ita 4, 10 codex hic unus ex meis a prima manu habet quae R^{v} substituit manu secunda pro erasis. Habui ipse.*

33 *Heiligenkreuz monasterii n. 11 saec. XII|XIII, passionale (cf. Xenia Bernardina vol. 2 a. 1891 p. 124) iudice Wattenbachio (apud Pertz Archiv 6, 185 cf. 10, 646) descriptum ex exemplari Lilienfeldensi. Adhibuit librum iam Pezius, mihi specimen misit bibliothecarius Georgius Poeck.*

34 *Linzensis CC. VII. 7 saec. XIII, antea S. Mariae in Poumgartenberge (quae habeat, indicat Wattenbach apud Pertzium Archiv 10, 613). Praescribitur epistulae Eugippianae:* incipit epistola Egipii in vitam sancti Severini, *subscribitur:* finit epistola; *vitae praescribitur:* incipit vita sancti Severini. *Desinit p. 35, 25 verb.* dei nunc *quaternione qui sequebatur amisso. Habui ipse.*

Klosterneuburgensis monasterii. Epistulae Eugippianae praescribitur: incipit epistola Egipii in vitam sancti Severini. *Paschasii epistula praescriptione caret. Specimen misit monasterii bibliothecarius.*

CLASSIS R^{II} (absunt rubricae).

Monacensis n. 1044 (= Bavaricus 44) saec. XI (non IX, R^d *ut antea perhibebatur) continet quaternionis unius folia prima postremaque bina, inter quae folia alia quattuor exciderunt; habet scilicet f. 1 = 1, 1 . . . 5, 16* non desistas — *f. 2 margine superiore resecto = 11, 9* fidei . . . *13, 12* plebs *et 13, 20* ta famis . . . *14, 30* ceperis — *f. 3 = 25, 28* fidei clamore . . . *28, 28* devotione — *f. 4 = 28, 28* servabant . . . *32, 13* presbyter haec. *Praescribitur epistulae Eugippianae:* in nomine domini incipit vita sancti ac v[enerabilis?] Severini confessoris: incipit epistola Eugipii pbri ad Paschasium diaconum. *Variam lectionem dederunt plenam Friedrich (sub nota* A^a*) et Sauppe (sub nota* D) *in editionibus infra laudatis. Tractavi ipse.*

Monacensis 18512, 2 (= Tegernseensis 512, 2), saec. XI R^f *et ipse, omnino descriptus est ex eo qui praecedit etiamtum integro, quam ob rem praeter particulas eas, ad quas omnium librorum meorum lectiones proposui, ubi* R^d *extat, hunc librum sprevi. Neque epistula Eugippiana nec vita praescriptionem habent; vitae subscribitur:* explicit vita sancti Severini; *Paschasianae epistulae praescribitur:* incipit rescriptum sancti Paschasii diaconi ad Eugipium presbiterum. *Usus est eo ad editionem suam Friedrich (sub nota* A^c). *Tractavi ipse.*

Monacensis n. 14031 saec. XI f. 25—36, antea Ratis- R^m *bonensis S. Emmerami A 31, ad quem librum praecipue (adhibuit praeterea editionem Surianam) vitam edidit Welserus (ita deficiunt et in codice et in editione 11, 5* norici *et 45, 2* exorasse *habentque uterque 36, 30* biennius; *denique 23, 9 suam emendationem ipsi libro Welserus inseruit). In hoc codice vitam praecedit, ut apud Welserum, epistula Paschasii praescriptione nulla; sequitur vita sub titulo* incipit vita s. Severini *subscriptione carens; epistula Eugippiana abest. Tractavi ipse.*

Vindobonensis n. 1064 (usque ad a. 1807 ecclesiae cathe- R^s *dralis Salisburgensis n. 225) saec. XII. Quaedam capita inde edidit Kleimayrn* Nachrichten von Iuvavia *(Salzburg 1784) app. p. 1 seq.; geographica Germanice adscripta (cf. infra p. XXIV) relata sunt apud Knoellium. — Praescribitur epistulae Eugippianae:* incipit epistola Eugippii presbiteri de vita sancti Severini abbatis ad Pascasium diaconum; *subscribi-*

tur ei: explicit prologus. *Vitae titulus est:* incipit vita sancti Severini abbatis et confessoris; *subscriptio nulla. Absunt epistula Paschasii et praeterea c. 34; cum p. 51, 19—31 pro c. XLIII numerentur, ab eo inde numeri cum nostris rursus conveniunt. Tractavi ipse.*

41 *Monacensis 12104 (= Prüel 4) saec. XII f. 73'—90 ex bibliotheca monasterii Cartusianorum prope Ratisbonam. Epistula Eugippiana praescriptione antiqua caret pariterque vita; subscribitur ei:* explicit vita s. Severini. *Sequitur:* incipit rescriptum sancti Pascasii diaconi ad Eugipium prespiterum. *Descriptus videtur esse ex* R^{f} *admissis emendationibus manus secundae. Adhibuit librum Friedrich (sub nota* A^{b}). *Specimen misit intercedente Traubio M. Goldstaub Monacensis.*

42 *Vindobonensis n. 444 saec. XIII f. 305—326, antea Lunaelacensis, quo tempore librum adhibuit Pezius. Praescribitur epistulae Eugippianae:* incipit epistola Eugippii pbri de vita sancti Severini abb ad Pascasium diaconum, *vitae:* incipit vita sanctissimi Severini abbatis et confessoris; *subscriptum:* explicit vita sancti Severini. *Epistola Paschasii abest. Prope accedit ad* R^{s}. *Habui ipse.*

43 *Lambach n. 109 saec. XII/XIII. Praescribitur epistulae Eugippianae:* epistola Eugipii prbri de vita sancti Severini abb ad Pascasium diaconum; *subscriptum:* explicit prologus. *Sequitur:* incipit vita sanctissimi Severini abbatis et confessoris Christi; *subscriptum*: explicit vita sancti Severini abbatis. *Proxime accedit ad Vindobonensem 444. Habui ipse.*

44 *Linzensis CC. V. 7 saec. XIII (quae praeterea contineat, enarrat Wattenbach apud Pertzium Archiv 10, 613), antea S. Lamberti in Suber. Praescribitur epistulae Eugippii:* incipit epistola Eugipii pbri de vita sancti Severini confessoris ad Paschasium diaconum; *deinde ipsi vitae:* vita sancti Severini confessoris. *Epistula Paschasii abest. Prope accedit ad* R^{s}. *Tractavi ipse.*

45 *S. Floriani monasterii passionale saec. XII f. 93—118. Praescribitur epistulae Eugippianae:* prologus in vitam sancti Severini. *Ipsius vitae principium parte folii excisa furto sublatum est. Vitam excipit epistula Paschasii. Adhibuit iam Pezius; mihi specimen misit monasterii bibliothecarius A. Czerny.*

46 *Admontensis n. 248[24] saec. XII f. 77'—101, fortasse origine Salisburgensis (cf. Wattenbach apud Pertzium Archiv 10, 635). Praescribitur vitae:* incipit vita sancti Severini;

eam excipiunt scriptae manu diversa epistulae duae: epistola Eugipii presb ad Pascasium diaconum *et* incipit rescriptum sancti Pascasii diac ad Eugippium prespit. *Liber contaminatus est, descriptus scilicet ex codice simili nostro* R^w (*ut 2, 24 habet a m. 1* minima), *correctus ad alterum similem nostri* R^f *(vide inter alia 3, 17. 4, 11. 12. 42, 1. 2). Tractavi ipse.*

Salisburgensis ecclesiae S. Petri IX, 34^a *(antea VII, 11),* 47
saec. XIV, cui ecclesiae librum donavit a. (13)99 Georius episcopus Pataviensis, quid contineat, exposuit Wattenbach apud Pertzium Archiv 10, 615 (cf. ibidem 3, 104). Vitae praescribitur: incipit vita sancti Severini confessoris. *Absunt epistulae duae, item vitae c. 29—34. 37. 38. Tractavi ipse.*

Monacensis 3595 (= Augustanae civitatis 95) f. 119—139 48
saec. XVI. Epistulae Eugippianae praescribitur: epistola Eugipii presbiteri ad Pascasium diaconum de b. Severino monacho, *subscribitur:* finit epistola. *Sequitur vita, cui praescribitur:* incipit vita sancti Severini monachi, *subscribitur:* explicit vita sancti Severini monachi. *Paschasii epistulae praescribitur:* incipit rescriptum sancti Pascasii diaconi ad Eugippium presbiterum. *Adhibuit librum Friedrich (sub nota* A^d). *Proxime accedit ad codicem n. 50 Reschianum. Specimen misit intercedente Traubio F. Boll.*

Monacensis 22240 (= 40 ex bibliotheca Praemonstraten- 49
sium in Windberg) saec. XII f. 27—41. Epistulae Eugippianae praescribitur: vita sancti ac venerabilis Severini confessoris Christi; epistola Eugipii prespiteri ad Paschasium diaconem; *vitae:* incipit vita *subscribiturque:* explicit vita sancti Severini confessoris Christi; *epistulae Paschasianae praescribitur in litura a m. 1:* prologus in vitam sancti Severini confessoris Christi; *subscriptum:* explicit prologus. *Specimen misit intercedente Traubio F. Boll.*

'Monasterii ad montem S. Georgii Oenanae vallis' (i. e. 50
Fiecht prope Schwaz) qui fuit liber adhibitus a Ios. Resch in annalibus ecclesiae Sabionensis vol. 1 (1755) p. 296, habens praeterea, ut ex apographo apparet, tractatus duos 'Leontii de vita Ioannis eleemosinarii' et 'de Theophilo vicedomino') quo pervenerit ignoratur (non est inter codices ex monasterio eo translatos in museum Britannicum), sed extat exemplum iussu Reschii sumptum in bibliotheca Innsbruckensis universitatis n. 429. Praescribitur epistulae Eugippianae: incipit epistola Eugipii prbri ad Pascasium diaconum, *vitae:* incipit vita sancti Severini; *subscriptum:* explicit vitae sancti Severini; *epistulae Paschasianae praescriptum:* incipit rescriptum

sancti Pascasi diaconi ad Eugippium presbyterum. *Partem inde edidit Reschius l. c. Tractavi ipse.*

LIBRI NONDVM EXCVSSI VEL DEPERDITI.

Passaviensi ecclesiae eiusque episcopo Burchardo a. 903 chorepiscopus Madaluinus inter alios libros scriptos obtulit 'vitam sancti Severini confessoris' teste instrumento edito in monumentis Boicis vol. 28, 2 p. 201 (Becker catalogi bibl. antiqui p. 61).

Nicolai Belforti codex, cuius variam lectionem dederunt Bollandiani in editione a. 1643, classis primae fuit proxime accedens ad nostrum G, *quocum communem habet 36, 30 lectionem* sapientissimus *pro* pientissimus *in nullo alio quod sciam libro inventam, sed ab eo diversus, nam 33, 17, ubi in* G *est* iobiano, *Belfortianus habuit* lubianum.

Lazius praeter librum membranaceum hodie Vindobonensem 329 (vide supra p. XVII) ait adhibuisse se alterum chartaceum 'ante octuaginta ni fallor. annos descriptum', qui quo pervenerit, ignoratur.

Admontensis n. 25 [antea 7], quem ipsum ut nanciscerer frustra temptavi, secundum Mucharum (apud Pertzium Archiv 6, 169) et Wattenbachium (l. c. 10, 633) continet epistulam Eugippii, cui praescribitur: prologus in vitam Severini confessoris, *habet vitam inscriptam:* vita sancti Severini confessoris, *epistulam Paschasii. est ex classe* R.

FRAGMENTA MINORA ET EPITOMAE.

Bruxellensis n. 11986. Agunt Analecta Bollandiana vol. VI (1887) p. 31 seq. de Antonio Gentio in Rubea valle *(Rouge cloître in Brabant)* canonico regulari hagiographo *nato a. 1479, mortuo a. 1543, cuius hagiographiae volumina tria servat bibliotheca Bruxellensis. Eorum hic* tomus primus reverendi patris Iohannis Gentii *(= Antonii Gheens)* canonici huius domus complectens sanctos Ianuarii et Februarii *vitam hanc proponit f. 30 breviatam et corruptam sub titulo* gesta sancti Severini abbatis et confessoris vera et originalia. *Hoc unum notabile est interpolationes quae adsunt in editione Surii publicata a. 1570 in recensione hac iam reperiri (v. ad 44, 5. 45, 11). itaque cum constet (ut testis mihi est vir reverendus P. Van den Gheyn Bruxellensis) Gentiana collectanea post obitum eius non esse continuata, credibile est Surianorum Gentio copiam factam esse ante quam publice prodirent.*

Casinas n. 110 saec. XI non habet nisi lectiones undecim ex vita Severini excerptas. Similis libri particulas inveniri in foliis praefixis vel suffixis codicibus Casinatibus 30 et 129 Dudikius ad Bethmannum rettulit; catalogus de iis tacet.

Casinas n. 144 saec. XI hodie mutilus finiens 13, 2 sanctis operibus *post epistulam Eugippii collocat indicem capitulorum ex hoc libro editum in Bibl. Casin. vol. 3 p. 282. Nostra causa locos 3, 14 . . . 4, 13 et 11, 1—12, 6 contulit Lucas; codex consentit ubivis cum Casinate nostro* C, *nisi quod 11, 2* tempore *ibi est, non* tepore; *utrum adsumas cum perinde sit, mutilum abieci.*

Casinas n. 146 saec. XI (Bibl. Casin. 3, 295) excerpta tantum exhibet inutilia.

Casinas n. 574 teste Dudikio apud Bethmannum in foliis a glutinatore adiectis habet vitae partem extremam inde a verbis p. 47, 13 beatus Severinus de hoc seculo transiturum.

Florentinus Laurentianus Sanctae Crucis plut. 35, 9 (Bandini vol. 4 p. 332) saec. XIII f. 57 brevem epitomam continet vitae Severini, quam descriptam misit Georgius Karo, inutilem totam.

Hohenfurt n. 43 saec. XVI (Xenia Bernard. 2, 2 p. 252) catalogo episcoporum Salisburgensium de Eugippio quaedam praemittit.

Parisinus n. 17635, antea Oratorii, saec. XVII excerpta habet ex hac vita inutilia.

Romanus Vallicellianus IV p. 94—96 saec. XI non habet nisi 37
vitae, cui praescribitur: passio sancti Severini confessoris, *capita prima ad p. 17, 30* inpositum. *Similis est Vallicelliani III. Lectiones quasdam inde adnotavi sub vocabulo codicis.*

Romanus Vallicellianus VI saec. XIII habet f. 114—126 vitam a principio mutilam incipientem p. 17, 6 monita praetermittas, *deinceps plenam finientem p. 56, 4* fructuosum; *item alio loco f. 154. 155 epistulam Paschasii inscriptam:* item epistola Pascasii diaconi scripta ad Eugenium *(sic cum Vallicell. III)* presbyterum. *Textus ita corruptus est, ut ne specimen quidem dederim.*

Seitenstetten n. 215 (cf. Pertz Archiv 6, 195) epitomam sistit inutilem.

Stams n. 8 secundum catalogum Xen. Bernard. 2, 2, 468 non habet nisi epitomam.

Posterioris aetatis auctores ad crisin libelli non faciunt.

Aliorum Severinorum Coloniensis, Burdigalensis, Agaunensis vitae quae extant passim (ut in bibliotheca Potthastiana, Wegweiser durch die Geschichtswerke a. 1896) ad hunc nostrum relatae sunt errore. Monteverginensis libri vita sancti Severini (Bethmann apud Pertzium Archiv 12, 531) fortasse nostri est; non sunt nostri Bruxellensis 2750—2765; Londiniensium Harleiani 2800. 2802 — Parisini 5297 — Sanctomerensis 716 — Sangallensis 454 — Zwettlensis 160.

NOTITIAE ET EDITIONES.

Rerum Germanicarum studiosis postquam Severini vita innotuit, quae in ea narrantur ad patrias antiquitates rettulerunt. Testantur id et quae in codicibus ex Austria Bavariave oriundis ad locorum vocabula passim reperiuntur adscriptae appellationes recentiores et quae rerum scriptores inde adsumpserunt. Eminet inter haec opinatio sine dubio falsa, sed per medii aevi saecula late sparsa urbem Wien caput Austriae, vere, ut hodie constat, Romana aetate dictam Vindobonam, olim fuisse Faviana Severini. Coepit is error, de quo copiose exposuit Fridericus Kenner (Favianis, eine Darstellung der Städte um diesen Ort und dessen Lage. Wien 1880 ex commentariis societatis antiquitatum Vindobonensium), saeculo XII. Scilicet inter codices Eugippianos Salisburgensis qui fuit, nobis R[s] *(p. XIX), scriptus saec. XII, locum Eugippii 15, 20:* habitaculum, quod Burgum appellabatur ab accolis, uno a Favianis distans miliario *exhibet verbis mutatis et ab ipso scriptore vel adeo a scriptore archetypi interpretatis sic:* habitaculum quod Purgum appellatur ab accolis quinque a Favianis (Wiena) distans miliariis, *quae fortasse Viennae Favianae antiquissimam notitiam suppeditant. Quonam de loco auctor interpolationis cogitarit, videant gnari rerum Vindobonensium; supra verba 15, 13* ad Vineas *librarius adscripsit* Winberc. *Eiusdem supparisve aetatis Otto episcopus Frisingensis († 1158) in gestis Friderici imperatoris (1, 32 MG. 20, 370; cf. item chronica eiusdem 4, 30) memorat oppidi* Vienis, quod olim a Romanis inhabitatum Favianis dicebatur. *Denique dux Austriae Henricus in charta a. 1161 (apud Meillerum in regestis chartarum Babenbergensium n. 51; nam altera a. 1158 fide caret) ad urbem Vindobonam quod Scottis*

extruxit monasterium et Sancto Severino dedicavit, fundasse se ait in predio nostro, in territorio videlicet Favie, que a modernis Vienne nuncupatur. *Ab eo inde tempore Viennam Favianam quinam admiserint reiecerintve, de quibus controversiis late exposuit Kennerus, nostra non interest.*

Surius de probatis sanctorum historiis (Coloniae Agr. vol. 1 a. 1570 p. 153—161) vitam primus edidit ad codicem classis S *hodie ignotum. Editio secunda vol. 1 (Col. Agr. 1617) p. 111—121 expressit editionem Welserianam addita epistula Eugippii ad Canisium.*

Baronius in annalium ecclesiasticorum tomo 6 (Romae 1595) ad a. 454 vitam laudat ex Surio, addens 'habemus autem 'ipsam integram in nostra bibliotheca', ad a. 496 afferens locum de Gelasio et epistulam Paschasii totam.

(Marcus Welser) 'historia ab Eugippio ante annos circiter 'MC scripta, quo tempora, quae Attilae mortem conse'quuta sunt, occasione vitae S. Severini illustrantur, ex 'bibliotheca S. Emmerani Regensburg. nunc primum edita 'cum scholiis' (Augustae Vindelicorum 1595, repetita in operibus eius a. 1682 p. 629—676) primus vitam seorsum edidit et integram, nisi quod absunt Eugippii epistula et index capitulorum. Expressit, ut index ait, codicem Ratisbonensem sancti Emmerami, hodie Monacensem 14031, ad quem diximus (p. XIX) sed adhibuit praeterea, ut ait in praefatione, editionem Surianam.

Canisius in antiquarum lectionum tomo 6 (Ingolstadii 1604) primus edidit Eugippii epistulam.

Bollandiani in actorum sanctorum vol. Ianuarii primo (Antverpiae 1643) p. 483—497 vitam hanc ediderunt adhibitis praeter Welseri editionem codicibus duobus collatis a Rosweydio fere, ut aiunt, consentientibus, Nicolai Belfortii, de quo supra p. XXII diximus, et Balthasaris Moreti, ex quo propria nulla afferuntur.

Pezius in scriptorum rerum Austriacarum vol. 1 (Lipsiae 1721) p. 69—82 vitam edidit ex codice Melkensi adhibitis praeterea Lunaelacensi, hodie Vindobonensi 444, et monasteriorum sanctae Crucis et Sancti Floriani, quos omnes supra recensuimus. Pezii editionem repetivit Muchár das römische Noricum *2 (1826) p. 152—239.*

Ant. Kerschbaumer, vita s. Severini auctore Eugippio secundum codicem antiquissimum, qui Romae asservatur in tabulariis archibasilicae Lateranensis. Scaphusiae 1862. Addita est eius codicis imago male facta.

Mignianae patrologiae Latinae volumini 62 (1863) p. 1167 seq. vita et Eugippii epistola insertae sunt, Paschasiana eidem volumini p. 39. Expressit recensionem Bollandianorum.

Iohannes Friedrich Kirchengeschichte Deutschlands vol. 1 (1867) p. 431—489 adhibuit praeter editiones libros quattuor Monacenses 1044. 3595. 12104. 18512.

Ludovicus Bethmann Pertzii iussu huius vitae in monumentis Germanicis edendae cura suscepta apparatum inchoavit per itinera varia maxime Italica codicibus diligentissime conquisitis, varia lectione perfunctoria opera ad Pezii editionem composita. Indagationibus illis post Sauppium ego usus sum cum fructu.

Herm. Sauppe, Eugippii vita sancti Severini. Berolini 1877. Editio haec volumen est primum corporis auctorum antiquissimorum insertorum monumentis Germaniae historicis nostris.

Pius Knoell, Eugippii vita sancti Severini. Vindobonae 1886. Haec editio pars est altera operum Eugippii editorum in corpore Vindobonensi scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. Idem de codicum indole et dignitate fuse disseruit in commentario 'die Handschriftenverhältnisse der vita s. Severini des Eugippius' inserto actis minoribus academiae Vindobonensis vol. 95 (1880) p. 445—498.

III. APPARATVS CRITERIA.

Duo viri, ut modo dixi, per hos annos vitam Severini ad libros scriptos recensuerunt, Hermannus Sauppe et Pius Knoell, ille doctus et sagax, sed subsidiis criticis non satis instructus, hic ut apparatu usus pleniore, ita ipse imperitus et eiusmodi negotio impar. Adhibuit uterque solos libros classium nostrarum primae et secundae, Sauppius ex illa innixus unico libro Laterano (L), *cui religiosius quam debuit sese mancipavit, praeterea adsumptis ex classe altera duobus Vaticano 5277* (V) *et Ambrosiano* (M); *Knoellius secutus primae classis libros tres Lateranum illum, Casinatem* (C), *Vaticanum 1197* (G), *secundae praeter Vaticanum 5277 (quem ostendit descriptum esse ex Taurinensi) et Ambrosianum Sauppianos primus Taurinensem* (T) *et Vallicellianum* (N). *Nos ad primam classem adiecimus Sublacensem* (K), *ad secundam reiecto Vaticano 5277 Ambrosianum alterum* (A). *Denique classium duarum* S *et* R *nos rationem ita habuimus, ut ad locos supra p. IV indicatos variam lectionem daremus librorum nobis notorum om-*

nium, praeterea ex classibus iis potiora, ibi maxime, ubi libri meliores differunt, in apparatum referremus.

Tertium ut vitam Severini ederem, movit me non tam quod apparatum utiliter augeri posse intellegebam, neque enim diffiteor ex codicibus iam accedentibus paucas lectiones emersisse et novas et probabiles, sed quod iudicium de dignitate classium primae et secundae, in quibus crisis libelli tota posita est, recte latum a Sauppio perperam Knoellius rescidit. Tantum enim abest, ut secunda potissimum sequenda sit, ut e contrario prima sola fere auctoritatem habeat. Rationes iudicii postquam exposui in ephemeridis Hermae vol. 32 (1897) p. 454—468 et vol. 33 (1898) p. 160—167, earum hoc loco summa repetetur.

Libelli scripti saec. VI ineunte quamquam codices quos habemus saeculum decimum vix attingunt, certe non excedunt, nihilominus is solito emendatius ad nos pervenit. Corruptelae coniectura sanandae, qualis est 53, 21 feletem *pro* feletrem *(cf. praeterea 9, 29 — 23, 10 — 27, 5 — 30, 18 — 30, 25 — 37, 7 — 57, 13 — 58, 8), perraro inveniuntur. Locus 21, 10 etsi sic ut legitur parum recte procedit et omnino expectandum est pro* se . . . praesentavit *id quod* R^{vw} *reposuerunt* eum . . . praesentavit, *haud scio an ipse auctor magis erraverit quam archetypi nostrorum codicum librarius.*

Librorum scriptorum quattuor distinguuntur ordines I. II. S. R ita diversi, ut non solum certissimis argumentis separentur, sed etiam suam quisque patriam habeat. Nam primae classis codices, qui quidem certae originis sint, veniunt omnes ex commentarii scripti Neapoli patria Campania; ad secundam classem qui pertinent, origine aut Bobienses sunt aut certe scripti in Italia superiore; tertia complectitur codices plures Italicos, paucos Germanicos; quarta denique non reperitur nisi in partibus Danuvianis. Contaminationis inter hos ordines non inveni indicium ullum. Corruptelae pleraeque tam casu factae quam interpolationes redeant necesse est ad dittographias vel adnotationes marginales; inde enim explicandum erit, quod non raro in eodem codicum ordine tam vera lectio invenitur quam corrupta et suppositicia; scilicet ex eodem archetypo pendentes librarii in dittographiis alteram utram lectionem admiserunt et additamenta modo omiserunt modo receperunt.

Ordo codicum primus eo potissimum excellit, quod solus ab interpolatione immunis mansit vel certe (nam ullum librum ad nos pervenisse a librariis non pessumdatum quis contendat?) nullo loco interpolationis convincitur adsumptis testi-

moniis reliquis. Contrarium accidit in reliquis. Secunda quamquam longe praestat tertiae quartaeque, et ipsa graviter corrupta est non tam incuria librariorum quam cura perversa. Ipsum principium in ea reperitur auctum 11, 4 intruso loco ex Prosperi chronicis adsumpto. In nominibus propriis ab archetypi librario mutata sunt vocabula et Tiburnia *(= Teurnia) facta* Tigurnia — Ferderuchus *factus* Fredericus — Giso *(certe 47, 15. 21) facta* Gisa *et quidem constanter tam in indice capitum quam in ipsa vita. Ex vita excerpta antiquissima quaeque et nostris codicibus longe anteriora relata apud Anonymum Valesianum et gestorum episcopalium Neapolitanorum scriptorem et in his vocabulis et alibi (41, 4. 42, 1) stant contra classem secundam cum prima. Ex miraculis quae in libro extremo 55, 1 seq. narrantur secunda sustulit secundum et tertium et indicem capitum 10, 30 ei breviationi aptavit. Denique aliis locis (24, 5. 11. 43, 15) apparet Eugippiana a librario emendata esse propter sermonis neglegentiam. Praeterea cum non paucis locis mendae classis secundae tollantur adhibita prima (1, 8 — 3, 17 — 4, 8 — 11, 5 — 24, 16 — 24, 18 — 25, 12 — 25, 13 — 28, 9 — 31, 23 — 33, 23 — 34, 3 — 34, 6 — 35, 21 — 41, 4 — 43, 9 — 51, 26 — 52, 26 — 58, 15), vix ulli reperiuntur, ubi lectiones in omnibus classis primae libris aequabiliter traditae per secundam emendentur. Exceptionem facit fortasse vocabulum* illa *45, 5 omissum in prima classe et servatum in secunda confirmatum per libros Sulpicianos, differentibus item classibus tertia et quarta (cf. 38, 4). Paucis iis locis, ubi contra classem primam stat non secunda sola, sed etiam tertia et quarta, ut 12, 7* inquinati *est in* I, inclinati *in* II. SR, *utram lectionem sequaris, libera optio est.*

Quod de secundo librorum ordine demonstravimus eum non immunem esse ab interpolatione, id in tertio quartoque demonstratione non indiget. Videntur redire ad archetypum commune et classis quidem secundae, sed ita, ut ex erroribus classis eius libris hodie notis communibus plerosque non habuerit et statum repraesentet ab eius ordinis naevis non immunem, sed nostris codicibus longe meliorem. Inter pauca indicia derivationis classium S *et* R *ex* II *primum locum tenet locus Prosperi 10, 4 receptus in* S *ut in* II *et verba 55, 20* sunt ... langoribus *admissa et in* II *et in parte classis* S, *quamquam neque illa neque haec habet* R; *item* Ferderuchus *factus* Fredericus *ut in* II *ita in* R, *quamquam veram formam* S *cum* I *tuetur. Videntur haec omnia proficisci ex marginibus codicis eius, a quo et* S *et* R *descendunt. Communem utriusque classis parentem videtur indicare praeter alia minora locus 28, 1, ubi vera lectio* at ubi oculos defunctus aperuit uix *recte*

tradita in classibus I *et* II *in* SR *ita procedit:* et subito oculos defunctus aperuit uix uero *(cf. item additamenta libris* SR *communia 25, 32. 37, 1. 3). Utut est, etsi et* S *et* R *interpolationibus gravissimis refertae sunt, cum earum longe pleraeque iis propriae sint, ibi, ubi reliqui libri differunt, classis alterius utrius et multo magis classis utriusque adsensio auctoritatem aliquam iure sibi postulabit. Attamen ea nulla est, ubi meliores libri consentiunt, certe in gravioribus; nam in talibus, qualia sunt 50, 3* de saeculo recessurus *(om.* R *solus) — 52, 25. 26* apud Novis (R^v *solus secundum usum Eugippii constantem*) — *54, 3/4* et orasse se et (*sic* SR, et orasse se I, et orasset II) *vera lectio facile potuit in utroque ordine meliorum aboleri et in deterioribus servari.*

Postquam de quattuor ordinibus in universum exposuimus, procedemus ad libros uniuscuiusque ordinis particulatim aestimandos.

Classis primae et longe optimae libri quattuor a nobis adhibiti complectuntur, quidquid ea habet boni et antiqui; certe in locis iis, ad quos codices omnes contulimus, nullus eius classis repertus est, qui praeter illos utilia praeberet, destitutique sunt a nobis reiecti omnes clausula commentarii 56, 3 habes . . . *4* fructuosum *ex quattuor nostris in tribus servata. Sane nullus est inter quattuor illos, qui non sit maculatus mendis propriis non paucis, iis tamen non ex dolo malo profectis, sed ex solita librariorum incuria et neglegentia et plerumque ita solitariis, ut reliqui eiusdem ordinis libri errorem corrigant. Palma inter eos nulli debetur neque ullo recte carebimus; nam et* L *et* K *et qui fere gemelli sunt* CG *habent sua propria bona, videlicet in dittographiis archetypi vera lectione interdum in unico libro remanente ex reliquis expulsa. Ita* L *solus repertus est emendatus exempli causa 2, 3. 2, 18. 5, 7. 5, 11. 14, 4. 17, 30. 29, 9. 34, 8. 35, 20. 43, 14. 46, 24. 53, 9,* CG *soli 15, 23. 35, 25. Solus* K *habet 42, 2/3* integri *cum Anonymo Valesiano et classe secunda adeoque 33, 24* quintanensium *contra* quintasium *reliquorum omnium, quae lectio et ipsa egregia est neque ullo modo ad coniecturam referri poterit tradita in libro a talibus naevis immuni. Ad genuina haec dignoscenda egregium auxilium suppeditant classes tres reliquae et vere crisin adiuvant non tam lectionibus sibi propriis quam ubi classis prima vacillat ad lectiones ibi traditas recte aestimandas; nihilominus non nimium his subsidiis tribuemus, cum et testimonia classium* II. SR *saepe discordent nec raro fallant. Restant itaque loci aliqui, ut 28, 25. 38, 18, ubi quid in archetypo fuerit ambigas; sed ii pauci sunt nec momenti gravioris.*

Inter classis secundae libros quattuor T *et* AN, *qui sunt proxime coniuncti* (*18, 13 ubi hiat* A, *explet* N), *et* M *differentia intercedit non magna. Plerumque quod habent plures libri contra unicum, reperitur verum esse; sed non raro e contrario solitariae lectiones propter consensum cum classe prima praeferendae sunt, ut in* T *contra* NAM *4, 10. 32, 24 (interpolationem ei propriam reperies 36, 30); in* TM *contra* NA *24, 30. 25, 18. 26, 19. 29, 9. 12; in* NA *contra* TM *15, 5. 35, 19. 39, 25. 47, 15. 54, 19; in* N *contra* TAM *12, 27. 30, 29. 34, 3. 51, 29; in* M *(de interpolatione ei propria 21, 10 dixi supra p. XXVII) contra* TNA *13, 29. 15, 23. 22, 29. 24, 11. 35, 27. 36, 3. 52, 13.*

Classem S *supra p. XVI dixi bipertitam esse complectentem cum libros n. 21. 22. 23. 24 integros praeter hiatus duos aperte ex archetypi foliis duobus deficientibus oriundos tum n. 25. 26. 27. 28 decurtatos ita, ut supra significavi. Utrosque proficisci ex archetypo eodem mendarum hiatuumque (11, 2. 3. 8. 22, 19. 43, 21. 23. 45, 6 cet.) convenientia declarat. Inter illos libros selegi Barberinianum (21) utpote plerumque reliquis emendatiorem (cf. 11, 3. 41, 8. 55, 20), cuius lectionem afferrem non integram, sed ibi fere, ubi variant meliores. Reliquos codices quamquam videbam hic illic Barberiniano praestare, praeter speciminis locos aliosque paucos omisi, cum universi ordinis utilitas exigua sit. Textus interpolatio licentiose facta sine dubio ab Italo aliquo proficiscitur, cum libri quoque plerique in Italia scripti sint.*

Ordo quartus, quem nos littera R *denotavimus, prodit, ut supra diximus, ex regione Danuviana, neque quicquam impedit, quominus descendat ex codice (supra p. XXII) oblato a. 903 ecclesiae Passaviensi. Id ipsum exemplar archetypum gravissimam interpolationem subierit necesse est redeuntem in libris omnibus ex eo derivatis; scilicet qui id nactus est et alia multa temere innovavit et cum intellexisset narrationem totam versari in Christianorum regionis Danuvianae vicibus, ea quoque quae non satis quadrare viderentur ad eam aptavit. Nam 33, 17 quae narrantur de oppido Ioviaco a Batavis castris distante m. p. XX, vicum hodie Schlägen ibi intellegi cum ignoraret et Ioviacum confunderet cum Iuvavo, pro XX milibus substituit LXX, qui numerus idem est in huius ordinis libris omnibus, cum nomen oppidi librarii demum posteriores quidam ad eum numerum immutarint. Eodem spectant vocabula vernacula in libris* R^{vw} *adscripta ad antiqua, quorum aliquot dedi ad 33, 17. 35, 10, omnia ex* R^{s} *enotavit Knoellius. Sed interpolatio ibi nequaquam substitit. Descripta sunt ex libro huius recensionis archetypo fortasse Passaviensi exem-*

plaria duo, quorum utrumque recepta interpolatione illa primitiva librarius auxit corruptelis multis et gravibus. Nihilo minus utilitas classis quartae per hanc tractationem temerariam et barbaram non est sublata tota; nam ut supra diximus, quamquam propria eius omnia merita damnatione Sauppius abiecit, ubi discedunt libri Itali, Germanici hi descendentes ex exemplari Italicis quae extant aut aequali aut anteriore ad litem dirimendam recte adhibebuntur. — Sunt ii, ut dixi, bipertiti et ipsi. Priorem familiam R^{I} *in universum minus corruptam (capita haec exemplaria non numerant et ex duabus libelli clausulis 56, 1* cui . . . *2* saeculorum *et 3* habes . . . *4* fructuosum *solam secundam ponunt) in hac editione repraesentant libri* R^{vw}; *posteriorem* R^{II} *(capita haec exemplaria numerant, quamquam rubricas et ipsa abiecerunt, et ex duabus illis clausulis solam priorem receperunt) libri* R^{dfms}, *scilicet ut pariter atque in classe tertia non integra varia lectio afferatur, sed similiter delecta. — Interpolationis huiusce omnino hominum Germanorum ut rationes et gradus intellegantur, adscripsi exempla quaedam ex multis selecta.*

$R^{I.\,II}$ *consentientibus libris omnibus:*

1, 6 bassi] basilici.
2, 24 pretiosam materiem ingenio vestro vilissima compositione vix praeparans] pretiosae materiae munimina iussione uestra uilissima compositione praeparans.
5, 2 manifestabat] africanam testabatur.
5, 8 aliquo] loqueretur R^{vwd}, loquitur R^{s}, *deficit* R^{m}.
11, 3 rebus] regibus.
11, 8 paruo] partibus.

$R^{I.\,II}$ *libris dissentientibus:*

3, 17 ab ineunte aetate] habendum et a te R^{II}, *om.* R^{I}.

5, 7 clauso sermone] causa seriore R^{s}, causa seruitione R^{d}, causas prosecutionis (peruentionis R^{w}) sue R^{vw}, *deficit* R^{m}.

26, 10 opus agrale] opus sacrale R^{II}, opus sarcile R^{I}.

39, 16/17 isset (*vel* esset) nempe tunc] esset uno impetu R^{f}, atque in uno impetu esset R^{sm}, dignum esse dicebant ut tunc R^{vw}.

43, 21 boiotro] poiotro R^{I}, boitro R^{fm}, poytro R^{s}.

46, 6 hac hora tribulatio] haec hora R^{II}, labor hac hora R^{I}.

50, 32 dubitetis] dubitent R^{I}, pigeat R^{II}.

R^{I} *errores proprii:*

11, 6 asturis] casturis R^{I}.
30, 19 tristissimo] xxx die tristissimo R^{I}.

R^{II} *errores proprii:*

17, 11 latrocinantium barbarorum] latrocinantium et barbari R^{II}.
24, 16 exterminatis] exterritis R^{II}.
26, 15 cui businca nomen est] quintana nomine R^{II}.
42, 1/2 integer inter] interim inter R^{m}, interimitur inter R^{df}, inter (*om.* integer) R^{s}.
42, 2. 3 integri] integros annos R^{d}, integros regnabit finem uero R^{ms}.

IV. ORTHOGRAPHICA.

Orthographica in commentario, cuius codices vix ad saec. X adscendunt, recte spernentur; nam soloecismi in iis reperti librariorum fere sunt, non auctoris. Ceterum poterit qui volet, eorum inutilium amplam messem reperire in apparatu Knoelliano. Addere possem ex nostro K *similia, maxime* h *modo male adiecta* (his hostium *cet.*) *modo male omissa* (aut = *haud,* exortari): *accedunt* nichil, michi — inquid = *inquit* — spiritualis = *spiritalis (quod in apparatum recepimus) et* languor = *langor* — ammodo, ammirari, *alia similia. Contra ab auctore omnino proficiscuntur recte contra usum vulgarem scripta quae hic illic codices nostri servarunt, ut sunt* oboedire *et* internicio, *item quod in apparatum rettulimus* adversantum *similiaque (17, 23. 23, 15. 28, 20. 36, 28) pro* -tium, *item* mensuum *35, 8 et* ossuum *17, 26. Denique quod passim male permutantur* b *et* v (*ut in* K *est* allubio, uenibolus), *cum iste usus praecipue Italicus ibi per plura saecula manserit, ut ad librarios ita potest redire ad Eugippium ipsum. In orthographicis classis secundae libros primo ordine plerumque inveni esse potiores.*

Adiutorium a multis notis ignotisque in editione hac paranda mihi praestitum ut grato animo recordor, ita tabulam Norici antiqui libello adiectam libenter acceptam fero Henrico Kiepert amico semisaeculari.

DOMINO SANCTO AC VENERABILI PASCHASIO DIACONO EVGIPPIVS IN CHRISTO SALVTEM.

Ante hoc ferme biennium, consulatu scilicet Inportuni, 1
epistola cuiusdam laici nobilis ad quendam directa presbyterum nobis oblata est ad legendum, continens uitam Bassi monachi, qui quondam in monasterio montis, cui uocabulum est Titas, super Ariminum commoratus, post in Lucaniae regione defunctus est, uir et multis et mihi notissimus. quam epistolam cum a quibusdam describi cognoscerem, coepi mecum ipse tractare nec non et uiris religiosis edicere tanta per beatum Seuerinum diuinis effectibus celebrata non oportere celari miracula.

Quae cum auctor epistolae praefatae rescisset, animo 2
promptiore mandauit, ut aliqua sibi per me eiusdem sancti Seuerini mitterentur indicia, quibus instructus libellum uitae eius scriberet posterorum memoriae profuturum. hac ego protinus oblatione compulsus commemoratorium nonnullis refertum indiciis ex notissima nobis et cottidiana maiorum relatione composui, non sine magno maerore animi, iniustum scilicet reputans, ut te superstite laicus a nobis hoc opus rogaretur efficere, cui et modus et color operis non sine

---

I (LKCG). II (TNAM). R(^{vwds} *delecta*).

---

1 sancto ac] suo *G* uenerabili] *I*, merito u. *II. R*: *excerpta ex Augustino Eugippius inscripsit* dominae merito venerabili .... Probae 2 paschasio] pascasio *II*, paskasio *L* eugipius *KR*^{wd} (eugippus *R*^{s}, egipius *R*^{v}), eugepius *reliqui* 3 christo] *I. R*^{vs}, domino *II. R*^{wd} *cum iisdem excerptis* 4 consulatus *KN* 6 nobis] *I. R*, uobis *II (de M errat Knoell)* bassi] basilici *R* 7 quondam] condam *A*, quodam *T* 8 titas] *I. R (sic R*^{s}, tistas *R*^{vwd}), titis *II: illam lectionem firmat adlata a Bollandianis vita Marini* (*acta sanct. Sept. vol. 2 p. 216*)*:* cacumina montis, qui lingua rustica vocatur Titanus, *ubi nunc est S. Marini oppidum* 10 describi] descriptam *L* 13 celare *KR* 14 quae] quem *K* praefatae *om. LM* 15 promptiore (propitiore *R*^{d}) mandauit] *I. R*, prompto remandauit *II* 17 scriberet] ederet *L* posterum *K* hac] huic *L* ego] ergo *L* 18 commoratorium *M* 21 superstitem *KN* hoc *om. A* 22 rog. eff.] *I*, eff. rog. *II. R* calor *M*

praesumptione quadam possit iniungi, ne forsitan saeculari
tantum litteratura politus tali uitam sermone conscriberet,
in quo multorum plurimum laboraret inscitia et res mira-
biles, quae diu quadam silentii nocte latuerant, quantum
ad nos attinet ignaros liberalium litterarum, obscura diser-
3 titudine non lucerent. sed nequaquam ultra lucernae illius
igniculum te uelut sole splendente perquiram: tantum ne
mihi peritiae tuae radios nube quadam excusationis obducas,
imperitiam propriam uidelicet accusando. noli, obsecro, tam
duris me uerberare sermonibus, dum dicis: quid tibi aquas
expectare de silice? iam utique non expecto de silice plateae
saecularis, sed a te, qui spiritalibus spiritalia comparans
nos de firmissima petra illo quo profluis orationis melle
recreabis: de quo iam nectareum suauissimae promissionis
gustum dirigens praecipis, ut commemoratorium uel indicia
uitae saepe dicti sancti Seuerini transmitterem: quae donec
in tuae constructionis libellum transire mereantur, nequa-
4 quam animum recensentis offendant. quisquis enim ad
construendam domum architectum requirit, necessariam solli-
citus materiem praeparat: quod si moles instar parietum
impolitis componat artifice tardante lapidibus, numquid aedi-
ficasse dicendus est, ubi nulla magistri structura prorsus
interuenit, nulla rite subicitur fundamenti munitio? sic ego
quoque pretiosam materiem ingenio uestro uilissima com-
positione uix praeparans num putari debeo conscripsisse
quod cupio, ubi disciplinae liberalis nulla constructio, nullus
5 grammatici culminis decor extitit? habet plane certum fun-
damentum solius fidei, quo sanctum uirum mirandis constat

I (LKCG). II (TNAM). B(^{vwds} *delecta).*

---

1 quodam T^1 2 littura *M* sermonem *K* 3 multorum plurimum] multorum plurimorum *K*, plurimorum *CG* inscientia NA^a 5/6 dissertitudine *K. II* 6 nequaquam] *I*, non *II. B* 8 excausationis *K* 9 propriam (*om. N*) uid.] u. pr. *C* accusando] accusatio M^1, accusans M^2 noli] non *M* 11 iam] quam *CG*, aquam *Hirschfeld*, nam *Sauppe* utique] itaque *M* 12 spiritalibus spiritalia] *et hic et reliquis locis, ubi vocabulum redit 3, 18. 25, 16. 29, 19. 33, 27. 36, 13. 46, 28, habent L ter (uno loco 29, 19 mut. in* spiritual-) *et cl. II et ex B plerique,* spiritual- *L (locis reliquis) et constanter KCG* (*hoc loco* spiritualibus spirituali), *et cum his 3, 18, ubi omnes libri noti collati sunt, codices 1. 2.* B^s*. 42. 43. 44. 45. 50* 13 illo quo profluis (-it *N*)] *I. NAB*, ilico profluis *M*, illo pro quo fluis *T* orationibus *M* 14 quo] quodam *A* 18 quisquis] si quis *KCG* 20 materiam *LCB* instar] ad instar *LKB* 21 componat] *I*, componatur *II*, componantur *B* 22 magistri... 23 nulla *om. G* magistri] magis *L* 23 subicitur f. munitio] subiciuntur f. munimina *B* 24/25 pretiosam materiem (-riam *KNM*) ingenio uestro uilissima (-mam *K*) compositione (-nem *K*, comparatione *M*) uix praeparans (comparans *M*)] pretiosae materiae munimina (minima B^w) iussione uestra uilissima compositione praeparans *B* 26 constructio] instructio *Hartel* nullus] nullum *K* 27 extitit] existit CGB^v, existat *K*, exstat B^w 28 quo] quod *L*

claruisse uirtutibus, quod per manus linguae tuae nunc confero collocandum, de tui operis fastigio laudes Christo debitas redditurus.

6 Illa quoque, precor, uirtutum beneficia sanitatumque remedia, quae uel in itinere uel hic ad eiusdem beatissimi patris memoriam diuina sunt peracta uirtute, digneris adnectere: quae quoniam fidelis portitor, filius uester Deogratias, optime nouit, uerbo commendauimus intimanda, sperantes nos baiuli nomen etiam de tui operis perfectione iugiter esse dicturos, ut dei fidelissimus famulus tantis uirtutibus opulentus, sicut ad sanctorum gloriam suis per Christi gratiam meritis euehitur, sic ad humanam memoriam tuis litteris consecretur.

7 Sane patria, de qua fuerit oriundus, fortasse necessario a nobis inquiritur, unde, sicut moris est, texendae cuiuspiam uitae sumatur exordium. de qua me fateor nullum euidens habere documentum. nam cum multi sacerdotes et spiritales uiri nec non et laici nobiles atque religiosi, uel indigenae uel de longinquis ad eum regionibus confluentes, saepius haesitauerint inter se quaerentes, cuius nationis esset uir, quem tantis cernerent fulgere uirtutibus, nec ullus ab eo penitus auderet inquirere, tandem Primenius quidam, presbyter Italiae nobilis et totius auctoritatis uir, qui

---

I (LKCG). II (TNAM). R(^{vwds} *delecta*) *ad v. 14; inde a* 14 sane *ad* 4, 13 adscribi *I* (*LKCG. 1. 2. 5*). *II* (*TNAM. 11*). *R*(^{vw} *31. 32. 33. 34. 35;* ^{dfs} *41. 42. 43. 44. 45. 46. 48. 49. 50*).

1/2 confero] *I*, offero *II. R* 3 redituros *A* 4 uirtutum *om. M* 5 ad] *I*, apud *II. R* 8 commendauimus intimanda] commendamus intimandum R 9 nomen] nomine *CG* 11 opulentus] opimus *L* per] pro *N* 12 euehitur] *I. R*, uehitur *II* 14 patria] patriam *K. 1*, de patria *48* qua] quo *49* fuerit] fuit *2.* R^{df} *41.* 46^{b}. *48. 49* oriundus fortasse (-tassis *42*)] f. o. *45* 15 unde] *I*, ut (*om. 46*) inde *II. R* (*dubito de 35*) texendae] texendo *N* 16 qua *om. L* me fateor] licet me fatear (fateri $R^{d\,(m.1)}$, fateari $R^{d\,(m.2)}$ f). *II. R* 17 nam cum multi (multis *5*)] *I*, tamen quid (quod *41*) hinc ab ineunte aetate (ab in. aet. *II*, habendum et a te R^{dfs} *42. 43. 44.* 46^{b}. *48. 49. 50*, habendum a ceteris et a te *41*, *om.* R^{vw}. *31. 32. 33. 34. 35.* 46^{a}) cognouerim non tacebo cum multi igitur (ergo *45*) *II. R* 18 spiritales] spirituales *vide ad 2, 12* nobiles] nobililes *11* religiosi] reliosi *42* 18/19 uel (sed et *33*) i. uel de long. ad eum regionibus (re•gionibus *T*) *om.* R^{s}. *42. 43*, uel i. uel de reg. long. (*om.* ad eum) *1* 20 (ha)esitauerint] *I* (*KCG. 1. 5*, excitauerint *L*). *M. 42*, (ha)esitarent *4. II. R* inter] intra *48* nationis] nationes *34* 21 fulgere] fleere M^{1}, fluere M^{2} ullus] nullus *G* 22 ab eo penitus (-tusus *M*)] *I. II*, penitus ab eo *R* (*reliqui*), penitus (*om.* ab eo) R^{s}. *42. 43* auderet] auderent 49^{a} inquirere] inquireret *N* primenius] primsnius L^{1}, pimenius *CG*, pigmenius *5*, primentus R^{w}. *33*, primemus *41.* 46^{a}. *50*, primeuus 46^{b}, pimeuus *45*, pirmenius *43. 44* 23 italiae *om. M* auctoritatis uir] u. a. R^{s}

ad eum confugerat tempore, quo patricius Orestes inique
peremptus est, interfectores eius metuens, eo quod inter-
fecti uelut pater fuisse diceretur, post multos itaque familia-
ritatis adeptae dies erupit quasi pro omnibus et ita sciści-
tatus est dicens: 'domine sancte, de qua prouincia deus his
9 regionibus tale lumen donare dignatus est?' cui uir dei
faceta primum hilaritate respondit: 'si fugitiuum putas, para
tibi pretium, quod pro me possis, cum fuero requisitus,
offerre'. his talia serio mox subiciens: 'quid prodest', inquit,
'seruo dei significatio sui loci uel generis, cum potius id
Matth. 6, 3. tacendo facilius possit euitare iactantiam, utpote sinistram,
qua nesciente cupit omne opus bonum Christo donante
perficere, quo mereatur dextris socius fieri et supernae
patriae ciuis adscribi? quam si me indignum ueraciter de-
siderare cognoscis, quid te necesse est terrenam cognoscere,
quam requiris? uerum tamen scito, quia deus, qui te sacer-
dotem fieri praestitit, ipse me quoque periclitantibus his
hominibus interesse praecepit'. tali memoratus presbyter
responsione conticuit nec quisquam ante uel postea beatum

I (LKCG. 1. 2. 5). II (TNAM. 11). R(^{vw} 31. 32. 33. 34. 35; ^{dfs} 41. 42. 43. 44. 45. 46. 48. 49. 50) ad 14 adscribi; *inde a* 14 quam *I (LKCG). II (TNAM). R(^{vwds} delecta).*

---

1 confugerat] confugerant *R*$^{v (m. 1)}$, confugeret *49*, confugerent *R*^{d}. *50* (h)orestes] oreste *N*, orestis *A* 2 peremptus] *rel. et R*^{w}, interemptus *R*^{v}. *31. 32. 34. 35* 3 itaque *om. CG. 1. 2. 5. R*^{vws} *31. 32. 33. 34. 35. 42. 43. 44. 45* 3/4 fam. ad. dies] d. f. a. *49* 4 quasi] quasi unus *R*^{s}. *42. 43* omnibus] ominibus *R*^{df} 5 deus *om. M* his] hiis *2* 6 donare] christus donare *M* 7 faceta] facta *50*^{1} primum hil.] h. pr. *45* fugitiuum] fugiciuum *42* 8 tibi pr.] pr. tibi *R*^{s}. *42. 43* quod *om. 48* fuero requisitus] fueris r. *R*^{v}. *31. 34*, r. fueris *32* 9 his] hiis *2*, his iocosis *32* serio] *I* (seuerinus *L*). *R*, senior *II* mox subiciens] s. m. *48*, mox subiecit *R*$^{v (m. 2)}$. *32* quid] quod *R*^{f} (*non R*^{d}) inquit *om. R*$^{v (m. 2)}$. *32* 10 seruo] serue *R*^{df}. *41. 49* sui (uel *ins. 5*) loci uel generis] *I*, loci uel (*om. A*) generis sui *II. R* (*de 45 non constat*) 10/11 cum potius id tacendo facilius possit euitare] cum possit id tacendo (tenendo *42*) facilius (melius *R*^{s}. *42. 43*) uitare *II. R* (*de 45 parum constat*) 11 iactantiam] iactandam *NAM*^{1} utpote ... 15 quid te necesse est terrenam] si forte ingenuitas uel opulentia parentum commendat (-datur *32*) sed magis student omnibus se intuentibus celestem quodammodo in se ipso praemonstrare generationem quod utique plus expedit quam progeniem terrenam *R*$^{v (m. 2\ erasa\ scriptura\ priore)}$. *32* sinistram] sinistra *42. 43. 44* 12 qua] quae *R*^{s}, quia *44* nesciente] nescientem *5* cupit omne opus (*om. M*^{a})] cupit opus *R*^{df}. *41. 46*^{b}. *49*, cupio opus *48. 50*, cupio *R*^{s}. *42. 43. 44*, cupitis me *R*^{w}. *31. 33. 34. 35* (*R*^{v}. *32 deficiunt; de 45 et 46*^{a} *non constat*) donante] donantem *41*^{1} 13 mereatur] *I. II. R*^{df}. *41. 46*^{2}. *49*, mereantur *46*^{1}, merear *R*^{ws}. *31. 33. 34. 35* (*R*^{v} *32 deficiunt; de 45 non constat*) dextris] dexterae *R*$^{df (m. 1)}$ *41. 42. 44. 45. 46. 48. 49. 50*, dexterae dei *R*$^{f (m. 2)}$ 14 ciuis] ciues *NAR*^{s}, cuius *11*, eius *46. 48*, socius *49* quam] quod *K* 14/15 desiderare] desiderante *N*, designare *L* 15 cognoscis ... terrenam *om. M* te *om. K* 16 requiris] quaeris *L* 18 tali] et tali *R* 19 quisquam] quicquam *L*^{2}*K*

uirum super hac parte percontari praesumpsit. loquela tamen ipsius manifestabat hominem omnino Latinum, quem constat prius ad quandam Orientis solitudinem feruore perfectioris uitae fuisse profectum atque inde post ad Norici Ripensis oppida, Pannoniae superiori uicina, quae barbarorum crebris premebantur incursibus, diuina compulsum reuelatione uenisse, sicut ipse clauso sermone tamquam de alio aliquo referre solitus erat, nonnullas Orientis urbes nominans et itineris inmensi pericula se mirabiliter transisse significans. haec igitur sola quae retuli, quotiens de beati Seuerini patria sermo ortus est, etiam ipso superstite semper audiui. indicia uero mirabilis uitae eius huic epistolae 11
coniuncto praelatis capitulis commemoratorio recensita fient, ut rogaui, libro uestri magisterii clariora. superest, ut eius orationibus tuas sociare non desinas et indulgentiam mihi poscere non desistas.

I (LKCG). II (TNAM). R(vwds *delecta*).

---

1 hac] hoc *K* 2 manifestabat] africanum testabatur *R* 3 prius] *I*, *om. II. R* quendam G^1 solitudinis A^a, solitudine A^b 4 perfectus A^a ad *om. M* nurici *TM* 5 oppido *K* superiore *K* 6 compulsu *N* 7 reuelatione] uisitatione *L* clauso sermone] causa seriore R^s, causa seruitione R^d, causas prosecutionis (peruentionis R^w) sue R^{vw} 8 aliquo] loqueretur *R* (*sic* R^{vwd}, loquitur R^s) 9 immensa *KCG* 11 sermo ortus] o. s. *K* etiam] et tam *A* 11/12 semper] sepe *M* 13 coniuncto] *rel. et* R^w (*inc.* R^v), coniuncta R^{ds} praelatus *N* fiant *KCG* 14 rogauit *M* uestro *G* magisterio *G*, magistri *M* 15 tua sociare *A* indulgentia *K* mihi *om. M* 16 desistat *L*

CAPITVLA.

I. Quomodo primum beatus Seuerinus in oppido, quod Asturis uocatur, et saluberrima exhortatione bonorum operum et ueracissima futurorum praedicatione claruerit.

II. De oppido, cui erat uocabulum Comagenis, per eum mirabiliter ab hostibus liberato.

III. Quod habitatoribus ciuitatulae Fauianis diu fame laborantibus miro modo deus eius oratione subuenerit.

IIII. De praedonibus barbaris, qui etiam omnia arma sua cum praeda, quam extra muros Fauianensium ceperant, amiserunt, uel de instituto eius atque humilitate praecipua.

V. In quanta reuerentia eum Rugorum rex Flaccitheus habuerit, uel qualiter ab insidiis inimicorum ipsius sit liberatus oraculo.

VI. De unico filio uiduae gentis praedictae Rugorum, quem per annos XII dolor excruciauerat, uiri dei oratione sanato.

VII. Qualiter Odouacar adulescentulus, uilissimis pellibus opertus, ab eo praenuntiatus sit regnaturus.

I (LCG). II (TNA).

---

3 uocatur] *I*, uocabatur *II* 4 uericissima *L*, ueracissimas N^1 craruerit *C* 5 uocabulo A^a comagen- (*redit 9, 22. 12, 12. 13, 16. 42, 5*) *LR constanter et K* (*42, 5*), commagen- *K* (*12, 12. 13, 16*) *CG et II item fere constanter* 6 liberatos *NA* 7 *cap. 3 inscr.* de ciuitate oppressa fame et muliere occultante frumenta et de aduentu nauium *L* 7 fauian- (*reperitur undecies*) *libri, etiam R, plerumque,* fabian- *L sexies, G semper, C semel, N et A uterque ter, T bis, K nusquam*: Fafianae *Not. Dign. Occ. 34, 41* 8 oracionem *G* 10 fabinensium *G*: *v. ad v. 7* 11 uel de] ualde *CG* 12 flaccitheus (*occurrit quinquies*)] *sic plerumque,* flacitheus *N bis, A semel, T semel,* flacetheus *N semel,* flaccithaeus *L duobus locis a manu prima, duobus aliis ex emendatione* 17 sanata *G* 18 odouacar] *scripsi* (*vide infra 9, 16. 18, 26. 41, 3. 8. 42, 1. 52, 20. 22, ubi adnotata est v. l.*), odoacar *T*, odouacer *I*, odoagar *NA* 19 coopertus *CG* praenuntiat L^1 regnaturos L^1, regnaturum *NA*

VIII. Quod Feletheus, qui et Feua, Rugorum rex, ante lati filius Flaccithei, pessimam coniugem rebaptizare catholicos metu sancti Seuerini uetuerit, uel quale periculum illa de paruulo filio suo Frederico quadam die, dum de quibusdam intercessionem eius contempsisset, incurrerit.

VIIII. De portitore reliquiarum sancti Geruasii et Protasii martyrum mirifica uiri dei reuelatione monstrato, uel qua responsione, dum rogaretur, episcopatus declinauerit honorem.

X. De quodam ostiario uspiam egredi quadam die prohibito, mox a barbaris capto ab isdemque suppliciter restituto.

XI. De miraculo, quod in castello Cucullis factum est, ubi cereis diuinitus accensis sacrilegi, qui se primitus occulerant, declarati sunt atque correcti.

XII. Quemadmodum de finibus praefati castelli locustae ieiunio et oratione atque elemosynis deo propitiato depulsae sint, abrasa mirabiliter segete cuiusdam pauperis increduli contemptoris.

XIII. Quomodo cereus in manu serui dei orantis accensus sit, dum uespertinae laudis officio ignis de more necessarius minime fuisset inuentus.

XIIII. De mirabili sanatione mulieris desperatae, quae post inmanem diutinumque langorem ita uiri dei oratione conualuit, ut ad opus agrale die tertio fortis accesserit.

XV. Quemadmodum in baiulos postes a parte fluminis ecclesiam sustentantes, quos aqua saepe superfluens transcendebat, orans dei seruus crucis signaculum securi scalpserit, quod signum deinceps aqua penitus non excedebat.

I (LCG). II (TNA).

---

1 feletheus *(occurrit quater) libri constanter, etiam R, nisi quod tribus locis* -thaeus *emendatum est in L et uno loco (42, 5)* faelethaei *est in K, item uno 19, 4* faletheus *in A* feua] *(occurrit nouies) sic I (excepto uno loco 32, 7) constanter (nisi quod* faeua *G ter, K bis, C semel), item R*[v] *constanter,* feba (pheb- *hoc uno loco TA) II item constanter et* febanum *32, 7 etiam CG R*[v] (fabianum *L,* fauianam *R*[fs]), faua *R*[sm] *(in hoc uno loco 49, 4 est* **ua *(fa superscr.)*), f(a)etia *plerumque R*[f]: Fevva *cons. Italica 1 p. 312. 313 et Paulus hist. Lang. 1, 19* 2 lati] *cf. C. Th. 16, 5, 37 cet.* filii *G* flaccithei *v. ad 6, 12* pessima *N* 3 uetuerit] uenerit *G* periculam *G* 4 paruunculo *L* die *om. G* de] *I,* pro *II* 5 intercessorem *A* incurrerit] *I,* incurrit *II* 6 reliquarum *N* protasii et geruasii *NA* 7 mirifica] *I,* mira *II* uiri *om. C,* uiro *Hartel* reuelatione] *I,* relatione *II* 10 hisdemque *I. TA* 12 coccullis *T* 13 se primitus] septimitus *(sic) A* 13/14 occulerant] *I. N,* occuluerant *T,* occultauerant *A* 14 declarati sunt] declaratis *N* correcti] perfecti correpti *N* 16 et *om. II* deo] dei *G* 17 sint] *I,* sunt *II* abraso *NA* increduli] incretu *G* 22 mirabilis s. mulieri *A*[a] quae *om. N* 23 diuinumque *A* ita] a *N* 24 agrale *om. N* tertia *A*[b] fortis] foris *NA* 26/27 trascedebat *L*[a], transcedebat *L*[b] 27 orat *G* 27/28 sculpserit *T,* scaulpserit *A* 28 deinceps a. p. non] *I,* numquam deinceps a. p. *II*

XVI. De Siluino presbytero defuncto, cuius cadauer feretro impositum celebratis nocte uigiliis mox ad uocem uocantis aperuit oculos, rogans dei famulum, quo uocante reuixerat, ne ulterius experta requie priuaretur.

XVII. Quam sollicita pauperibus cura ministrauerit, uel quod distributioni eius etiam Norici decimas dirigebant, quibus de more perlatis periculum his, qui dirigere distulerant, imminere praedixit.

XVIII. Quemadmodum rubigo, quae messibus nocitura paruerat, per uirum dei ieiuniis et oratione depulsa sit.

XVIIII. Quod Gibuldus, Alamannorum rex, coram seruo dei magno sit tremore concussus et reddiderit multitudinem captiuorum.

XX. Quomodo ei militum fuerit interfectio reuelata, propter quorum corpora sepelienda suos ignorantes direxit ad fluuium.

XXI. Paulinum presbyterum, qui de longinquo ad eum uenerat, reuertentem ad patriam praedixit Norici episcopum ordinandum.

XXII. Quod, dum basilicae nouae sanctuaria quaererentur, ultro sibi sancti Iohannis baptistae benedictionem praenuntiauerit deferendam et illi oppido cladem se absente futuram, qua in baptisterio presbyter uaniloquax interfectus est.

XXIII. Qualiter sanctuaria praedicta susceperit.

XXIIII. De mansoribus alterius oppidi, qui spreto mandantis oraculo mox ab Herulis interfecti sunt, quia locum praemoniti relinquere noluerunt.

XXV. Quemadmodum scriptis ad Noricum destinatis castella ieiuniis atque elemosynis praemunierit, quibus praenuntiata hostis irruptio nocere non potuit.

XXVI. De leproso mundato, qui reuerti ad propria, ne lepram peccati magis incurreret, uitauit.

XXVII. De uictoria, quam apud Batauis de Alamannis oratione sancti Seuerini sumpsere Romani, et quod post

I (LCG). II (TNA).

2 imposito *CG* 6 quod] quo *N* etiam] etam *A* dir. dec. *L* 9/10 nocitura aparuerat *A* 11 giuuldus *L*, gebuldus *II* 14 ei] e *A* 16 fluuim *N* 18 reuertente *C* norici] *I*, mox *II* 19 ordinandi *G* 22 deferenda *A* 23 qua] quod *L* 26/27 mandatis *LG* 28 praemuniti *II* 29 scriptis] *II*, *om. I* dest. ad nor. *L* 30 ieiuniis] iei. orationibus *TA* praemuniuit *CG*, praemunient *N* 33 peccati *om. II* uitauit] *I*, euitauit *II* 34 batau- *(occurrit septies)*] *sic libri boni omnes, nisi quod hoc loco* baptauis, *aliis duobus* batab- *L*, *item* batabis *K bis*, *T semel*, *A bis*, *N semel: ex deterioribus* batau- *aut* batab- *R*[df], batau- *aut* patau- *R*[vws]

triumphum, qui praedicentem sequi spreuerant, sint perempti.

XXVIII. Quemadmodum ministrante famulo dei pauperibus oleum creuisse prouenerit.

XXVIIII. De his, quibus collo uestes egenis erogandas a Norico deferentibus ursus media hieme ducatum per niues heremi usque ad humana habitacula praebuit, quos tali duce uenire solita uir dei reuelatione cognouit.

XXX. Qualiter ad ciuitatem Lauriacum hostes futura nocte uenturos praesenserit et male securis ciuibus uigilare uix suaserit, quod mane probantes infidelitati ueniam cum gratiarum actione poscebant.

XXXI. Quomodo Feuae, regi Rugorum, ad Lauriacum cum exercitu uenienti occurrerit et in sua fide populos susceperit, ut eos ad inferiora oppida, id est Rugis uiciniora, deduceret.

XXXII. Quemadmodum Odouacar rex aliqua a se sperari poscens Ambrosium quendam de exilio ad serui dei litteras reuocauerit et, quot annis regnaturus foret, laudatoribus eius idem dei seruus praedixerit.

XXXIII. De filio cuiusdam ex optimatibus regis Rugorum in oppido Comagenis uiri dei oratione sanato.

XXXIIII. Qualiter elefantiosus quidam, nomine Teio, curatus sit.

XXXV. De Bonoso monacho, qui, dum oculorum imbecillitatem quereretur, audiuit ab eo: 'ora magis, ut corde plus uideas': mox mirabiliter effectum iugiter orandi promeruit.

XXXVI. De tribus superbientibus monachis, quos tradidit satanae, ut eorum spiritus saluaretur, de qua re prolatis duorum patrum exemplis uerissimam loco suo reddidit rationem.

I (LCG). II (TNA).

---

1 triumphus *G* praecedentem *NA* speuerant *G* sunt *LG* 4 oleum] eleum *NA* prouenerit] *I*, contigerit *II* 5 his] iis *CG* 6 a norico] *I*, nurico (*om.* a) *II* 7 humana habitacula] cunabula *N* 8 reuelatione] *I*, relatione *II* 9 lauriamcum *C*, lauriam *G* 10 uenturo *NA* securi *NA* 11 infidelitate *C*ᵃ*A* 13 feuae *v. ad p. 7, 1* regi *om. G* lauricam *CG*², lauriam *G*¹ 14 occurrerat *L*¹ 15 uicioniora *L*ᵃ 17 odouacar] odoacar *N*²*A*, odoaca *N*¹, odouacer *CG*, odoacer *LT* aliqua] reliqua *LN* 17/18 separari *L* 20 eius idem] *I*, regis eiusdem *II* 22 oppida *G* comagenis *v. p. 6, 5* sanata *G* 23 elefantiosus] electantius *L* teio] tegio *A*, telo *LC* 24 sit] *I*, est *II* 25/26 oculorum imbecillitate (-tem *T*) *GTNA*, de oc. imbecillitate (imb. oc. *C*) *LC* 27 effectum] *Sauppe* (*cf. 43, 18*), affectum *libri* 29 superbientibus] superuenientibus *CG* quos] *I*, q. mox *II* 31 duobus *L* loco suo] *I*, s. l. *II* reddidit] *I*, reddidi *TN*, reddi *A*

XXXVII. Quemadmodum horam tribulationis Marciani et Renati monachorum suorum, quam in alia prouincia positi pertulerunt, oratione praesentibus ceteris fratribus indicta signauerit.

XXXVIII. De periculis letalis papulae, quod ante quadraginta dies Vrso monacho futurum et reuelatione praedixit et oratione curauit.

XXXVIIII. De habitaculo eiusdem beati uiri, stratu quoque uel cibo pauca tenuiter indicantur.

XL. Qualiter, dum propinquare transitum suum deo sibi reuelante sensisset, regem Feuam noxiamque reginam fuerit adlocutus nec suos ex illo praemonere destiterit, generalem populi migrationem propinquare praenuntians suumque corpusculum pariter portari praecipiens.

XLI. Quomodo etiam diem transitus sui sancto Lucillo presbytero manifestius indicauerit.

XLII. Quemadmodum Ferderuchum, fratrem praedicti regis Feuae, contestatus sit suosque monuerit.

XLIII. De obitu eius uel qualibus monitis ultima suos et prolixa pius exhortatione fuerit prosecutus.

XLIIII. Qualia post discessum eius monasterio Ferderuchus intulerit qualiterue punitus sit, uel quatenus eius oraculum prospera populi fuerit migratione completum uel corpusculum eiusdem leuatum carpentoque deuectum.

XLV. De multorum tunc sanatione debilium, qua de singulis omissa unius tantum muti loquela refertur orando sub carro, quo adhuc erat corpusculum, reddita.

XLVI. De fide inlustris feminae Barbariae susceptricis et occursu Neapolitani populi, ubi cum nihilominus multi tunc a diuersis fuerint sanati langoribus, trium tantum sanatio memoratur.

I (LCG). II (TNA).

---

1 (h)ora *I. NA* 3 oracionem *G* 4 indicta] *II*, indicia *I* signant *G*, sign̄ *C* 5 periculis] *GTN*, periculo *LCA(?)* papulae] paulae *N* 8 strato *CG*, statu *A* 10 dum] *I*, cum *II* propinquare transitum] propinquaret terminum *NA* 11 feuam *v. ad p. 7, 1* 12 praemoneret *L*[1] 16 indicauerit] *CG*, indicarit *L*, indicauit *II: v. ad p. 7, 1* 17 ferderuchum (*occurrit octies*)] *I constanter* (*49, 7* federuchus *C*), fredericus *II constanter*, fridericus (fredericus *19, 26 m. 1*, friduricus *aliquoties R*[f], friderichus *fere R*[m]) *R constanter* praedicti] dicti *G* 18 feuae *om. II: v. ad p. 7, 1* sit suosque monuerit] suos commonuerit *L* 19 uel] et *L* ultimas *N*[a] 20 exoratione *A* 21 monasteriis *CG* 21/22 ferderuchus *vide ad v. 17* 22 quatenus] qualiter *NA* 23 completus *G* 24 deuertum *A* 25 qua] quae *G* 26 muti] multi *A* loquelam *II* 27 quo] quod *NA* corpuslum *A* 29 occursu] cursu *CG* 30 diuersis] aduersis *A* trium tantum] *I*, unius t. sacrae uirginis *II* 30/31 sanatione moratur *N*

COMMEMORATORIVM.

I. Tempore, quo Attila, rex Hunnorum, defunctus est, 1
utraque Pannonia ceteraque confinia Danuuii rebus turbabantur ambiguis. tunc itaque sanctissimus dei famulus Seuerinus de partibus Orientis adueniens in uicinia Norici Ripensis et Pannoniorum paruo, quod Asturis dicitur, oppido morabatur uiuens iuxta euangelicam apostolicamque doctrinam, omni pietate et castitate praeditus, in confessione catholicae fidei uenerabile propositum sanctis operibus

---

ad 1—*p.* 12, 1 adimplebat *I (LKCG. 1—9). II (TNAM. 11). S (21. 22. 24—28). R(*^{vw} *et 31—35;* ^{dfms} *et 41—44. 45* [*principio exsecto ad* 5 adueniens]. *46—50).*

---

2 tempore] tepore *C*, in tempore *L 6 et Vallic. IV* attila] att(h)ilia *44*^{q}. *47* hunnorum] hunorum *MR*^{vwfms} *aliique*, hundorum *7*, unglorum *25*, gu^{a}ndalorum (*in litura*) *3*, alanorum *Vallic. IV* 3 utraque] in utraque *S* pannonia] pannoniae *6* ceteraque] cetera *G*^{2}, ceterisque *27* confinia] confiniis *27* danuuii] *sic scripsi perpetuo*, danuu- *L et codd. cl. II, contra* danub- *fere constanter K* (*hic* danubia) *CG: id quod deinceps non adnotabitur.* rebus] *I. II et ex S 21*^{1}, res (rex *28*) *S* (*reliqui, etiam 21*^{2}), regibus *R* 3/4 turbabantur] uerteturbabantur *6* 4 ambiguis] ambigue *S* *post* ambiguis (-gue) *ins.* ac primum inter filios eius de optinendo regno magna sunt exorta certamina qui morbo (iniquae *ins. 27*) dominationis (*ins.* suae *21. 22. 24. 28*) inflati (inlati *A*) materiam (-ria *25*) sui sceleris aestimarunt (accepere *27*) patris interitum *ins. II S ex chronicis Prosperianis (chr. min. vol. 1 p. 482) c. 1370:* Attila in sedibus suis mortuo magna primum inter filios ipsius (eius *v. l.*) certamina de optinendo regno exorta sunt tunc itaque] quibus diebus *27* sanctissimus (*om. 1*) dei famulus] d. f. s. *7. 8. 9*, d. s. f. *21. 22. 24* 4/5 seuerinus *ante* sanctissimus *6* 5 orientis] origentis *32*, orientibus *42* adueniens .... 6 paruo] in pannoniam ueniens *27* uicinia] *I* (*LKCG. 1. 2. 3. 4. 9*), uicina *5. II. S*, uicino *7. 8. R* (*reliqui*), uicinio *R*$^{m(m. 2)}$. *41*^{2}. *45*^{2}, uico uicino *R*^{s}. *42. 43*, ciuitate *6* 5/6 norici *(om. 6. R*^{m} *et Welser)* ripensis (rupensis *L*, repensis *22*^{1})] noriricipensis *7*, riocipensis *28* 6 et p. p. q. a. dicitur *om. Vall. IV* pannoniorum] pannoniarum *25. 26. 28 cum Sauppio* paruo] partibus *R (de 45 non constat)* quod a. d. o. morabatur] morabatur in oppido quod casturis dicitur *27* asturis] astoris *8*, adsturis *7*, adusturis *18*, asturtis *28*, asmiris *K*, austuris *21. 22. 33*, casturis *25*^{2}. *26. 27. R*^{vw}. *31. 32. 34. 35. 46*^{a} dicitur oppido (oppi *K*)] o. d. *A*^{1} 7 morabatur *fortasse delendum*: morabatur ubi *Sauppe* uiuens . . . doctrinam] ubi secundum euang. et ap. doctr. uiuens *27* iuxta] iusta *Vallic. IV*, ibat *25. 26. 28* 8 pietate et castitate] c. et p. *L*, pietate (et cast. *om.*) *S (de 24 non satis constat)* praeditus] predictus *4. 35*, proditus *N* 9 uenerabile] uenerabilem *Vall. IV*

2 adimplebat. dum ergo talibus exercitiis roboratus palmam
supernae uocationis innocue sequeretur, quadam die ad
ecclesiam processit ex more. tunc presbyteris, clero uel
ciuibus requisitis coepit tota mentis humilitate praedicere,
ut hostium insidias imminentes orationibus ac ieiuniis et
misericordiae fructibus inhiberent. sed animi contumaces
ac desideriis carnalibus inquinati praedicentis oracula in-
3 fidelitatis suae discrimine probauerunt. famulus autem dei
reuersus ad hospitium, quo ab ecclesiae fuerat custode sus-
ceptus, diem et horam imminentis excidii prodens: 'de con-
tumaci', ait, 'oppido et citius perituro festinus abscedo'. inde
ad proximum, quod Comagenis appellabatur, oppidum de-
4 clinauit. hoc barbarorum intrinsecus consistentium, qui cum
Romanis foedus inierant, custodia seruabatur artissima
nullique ingrediendi aut egrediendi facilis licentia praesta-
batur. a quibus tamen famulus dei, cum esset ignotus,
nec interrogatus est nec repulsus. itaque mox ingressus
ecclesiam cunctos de salute propria desperantes ieiunio et
orationibus atque elemosynis hortabatur armari, proponens
antiquae salutis exempla, quibus diuina protectio populum
suum contra opinionem omnium mirabiliter liberasset.
5 cumque salutem omnium in ipso discriminis articulo pro-
mittenti credere dubitarent, senex, qui dudum in Asturis
tanti hospitis susceptor exstiterat, uenit atque a portarum
custodibus sollicita interrogatione discussus interitum sui
oppidi habitu uerboque monstrauit, adiciens eadem die, qua
quidam homo dei praedixerat, barbarorum uastatione dele-
tum. quo audito sollicititi responderunt: 'putas non ipse est,
qui desperatis rebus dei nobis subsidia pollicetur?' mox
igitur in ecclesia recognito dei famulo senex pedibus eius
prostratus aiebat ipsius se meritis liberatum, ne cum ceteris
oppidaneis subiret excidium.

I (LKCG). II (TNAM). S (21 delecta). R(^{vwdms} *delecta).*

---

1 adimplebat] adimplebabat *5* exercit* A^{a} roboraretur *M* 2 quadam] *I. NSR*, quodam *TAM* 3 presbytero *R* 5 hostium] propter h. *L* ac ieiuniis et] *I. R* (*reliqui*), et ieiuniis ac *II. SR*^{s} 6 inhiberent] *reliqui et SR*^{dm}, inhaererent *L*, praecauerent *R*^{vws} 7 inquinati] *I*, inclinati *II. SR* oraculo *K*, oraculi *N* 10 prodiens *L* 11 ait] aut *K* et citius *om. A* 12 comagen- *vide supra 6, 5* 14 inierunt *L* seruabantur *K* 15 nullaque *LR*$^{m\,(m.\,1)\,s}$ 18 ieiunio] ieiuniis *KCG* 19 hortatur *R* 20 antiqua *Sauppe* exemplum *L* 21 omnium *om. L* 22/23 promittendi $N^{a}A^{a}$ 27 quidam] quidem *TAMR*^{w} 28 putas non] *I. II. R*$^{d\,(m.1)\,m\,(m.1)}$, putasne *SR*$^{vwd\,(m.2)\,m\,(m.2)\,s}$ (*ut est 21, 4; cf. Roensch, Ital. und Vulg. ed. 2 p. 373*) 30 aeccleiam *K* eius] ei *N* 31 agebat *KA*^{a} 32 oppidaneis] *rel. et S*, oppidanis *KCGMR*^{wm} exitium *R*

II. His auditis habitatores oppidi memorati incredu- 1
litati ueniam postulantes monitis uiri dei sanctis operibus
paruerunt ieiuniisque dediti et in ecclesia per triduum con-
gregati errata praeterita castigabant gemitibus et lamentis.
die autem tertio, cum sacrificii uespertini sollemnitas im-
pleretur, facto subito terrae motu ita sunt barbari intrin-
secus habitantes exterriti, ut portas sibi Romanos cogerent
aperire ueIociter. exeuntes igitur conciti diffugerunt, aesti- 2
mantes se uicinorum hostium obsidione uallatos, auctoque
terrore diuinitus noctis errore confusi mutuis se gladiis
conciderunt. tali ergo aduersariis internicione consumptis
diuino plebs seruata praesidio per sanctum uirum armis
didicit pugnare caelestibus.

III. Eodem tempore ciuitatem nomine Fauianis saeua 1
fames oppresserat, cuius habitatores unicum sibi remedium
affore crediderunt, si ex supra dicto oppido Comagenis ho-
minem dei religiosis precibus inuitarent. quos ille ad se
uenire praenoscens a domino ut cum eis pergeret commo-
netur. quo cum uenisset, coepit ciuibus suadere dicens:
'paenitentiae fructibus poteritis a tanta famis pernicie libe- 2
'rari'. qui cum talibus proficerent institutis, beatissimus
Seuerinus diuina reuelatione cognouit quandam uiduam no-
mine Proculam fruges plurimas occultasse. quam productam
in medium arguit uehementer. 'cur' inquit 'nobilissimis
'orta natalibus cupiditatis te praebes ancillam et extas
'auaritiae mancipium, quae est docente apostolo seruitus Eph. 5, 5.
'idolorum? ecce domino famulis suis misericorditer consulente
'tu quid de male partis facias non habebis, nisi forte fru-
'menta diu denegata in Danuuii fluenta proiciens humani-
'tatem piscibus exhibeas, quam hominibus denegasti. quam
'ob rem subueni tibi potius quam pauperibus ex his quae
'adhuc te aestimas Christo esuriente seruare'. quibus auditis
magno mulier pauore perterrita coepit seruata libenter

---

*I (LKCG). II (TNAM). S (21 delecta). R (*vwdms *delecta).*

---

1 memorate N^a 1/2 incredulitatis *L* 2 sancti *L* 3 et *om. AR* ecclesiam *R* 5 tertia LR^{vwm} sacrificiis A^a 6 subito *om. A* 7 sibi portas M^1 9 actoque *L* 10 noctis *om. N* 14 fauian- *v. ad 6, 7* 15 famis *L* 16 affore] fore *LM* comagen- *vide supra ad 6, 5* 18 uenire] ire T^2, *inc.* T^1 18/19 commonetur] ammonetur L^b, ammoneretur L^a 20/21 liberare *K* 21 beatus LR^s 23 plurimos *A* 25 ortam *NAM* cupiditati *A* extas] estas *K* 26/27 id. seru. *M* 27 misericorditer] *I.* SR^{vw}, misericordia *II.* R^{wdsm} 28 quid] qui NA^a malis *N* partis] KCG^1SR^{vwds}, paratis *reliqui et* R^m 29 diu denegata] $KCGSR^{vwdm}$, diu negata LMR^s, dure negata *TNA* 31 subuenit *M* 32 seruare] *I (de K dubito). R* (saruare R^d, seruire R^w *(m. 1)*) *S*, reseruare *II.* 33 seruata *om. K*

3 erogare pauperibus. igitur non multo post rates plurimae
de partibus Raetiarum mercibus onustae quam plurimis
insperatae uidentur in litore Danuuii, quae multis diebus
crassa Aeni fluminis glacie fuerant colligatae: qua dei im-
perio mox soluta ciborum copias fame laborantibus detu-
lerunt. tunc coeperunt omnes deum insperati remedii
largitorem continuata deuotione laudare, qui se tabe diu-
turnae famis interire credebant, fatentes euidentius rates
extra tempus glaciali solutas frigore serui dei precibus
aduenisse.

1 IIII. Per idem tempus inopinata subreptione praedones
barbari, quaecumque extra muros hominum pecudumque rep-
pererant, duxere captiua. tunc plures e ciuibus ad uirum
dei cum lacrimis confluentes inlatae calamitatis exitium
retulerunt, simul ostendentes indicia recentium rapinarum.
2 ille uero Mamertinum percontatus est, tunc tribunum, qui
post episcopus ordinatus est, utrum aliquos secum haberet
armatos, cum quibus latrunculos sequeretur instantius. qui
respondit: 'milites quidem habeo paucissimos, sed non audeo
'cum tanta hostium turba confligere. quod si tua ueneratio
'praecipit, quamuis auxilium nobis desit armorum, credimus
3 'tamen tua nos fieri oratione uictores'. et dei famulus ait:
'etiam si inermes sunt tui milites, nunc ex hostibus arma-
'buntur: nec enim numerus aut fortitudo humana requiritur,
'ubi propugnator deus per omnia comprobatur. tantum in
'nomine domini perge uelociter, perge fidenter: nam deo
'misericorditer praeeunte debilis quisque fortissimus apparebit:
Exod. 14, 14 "dominus pro uobis pugnabit" et uos tacebitis. uade ergo
'festinus, hoc unum ante omnia seruaturus, ut ad me, quos
4 'ex barbaris ceperis, perducas incolumes'. exeuntes igitur
in secundo miliario super riuum, qui uocatur Tiguntia, prae-
dictos latrones inuenerunt: quibus in fugam repente conuersis

---

*I (LKCG). II (TNAM) S (21 delecta) R(*vwdfms *delecta).*

---

2 quam] qua *N* 4 crassa aeni] *II. SR*, crass*ni L^{a}, crassaeni L^{b}, crassa r(h)eni *KCG* qua] quae *L* 5 soluta] solutae *L*, solute A^{a} copias fame] copiissime *N* 6 insperate L^{a} 7 continua *LM* qui] quae *N* 7/8 tabe diuturnae (diurnae *M*)] tam diuturna R^{vw}, mali diuturnae R^{d} 8 credebant] *I. SR*, crediderant *II* 9 extra] extrae *M* glaciali] a glaciali (glatiei R^{v}, glatiae R^{df}) *R* 10 aduenisset *M* 11 idem] id *T* 12 quaecumque] quaeque (que *in litura*) *A* precodumque *N* 12/13 repererant *om.* L^{a} 13 tunc] sic *R* e] se *K* 15 recentes *A* 19 sed] et *CG* 21 armorum] armatorum *R* 22 uictores] auctores *N* et dei] *I. R*, dei *II*, dei uero *S* 26 perge fidenter (fideliter *K*) *om. L* nam] iam *L* 27 praeeunte] praebente *K* 28 nobis *A* pugnabit] pugnauit *K* 31 tiguntia] *KS*, tyguntia *CG*, tigantia *L*, ticuntia *TNA*, ticuncia *M*, dicuntia *R* 32 inuenerunt] *I*, inueniunt *II. R*

arma omnium sustulerunt, ceteros vero uinctos ad dei famu-
lum, ut praeceperat, adduxere captiuos. quos absolutos uin-
culis cibo potuque refectos paucis alloquitur: 'ite et uestris
'denuntiate complicibus, ne auiditate praedandi ultra huc
'audeant propinquare: nam statim caelestis uindictae iudicio
'punientur, deo pro suis famulis dimicante, quos ita consueuit
'superna uirtute protegere, ut tela hostium non eis inferant
'uulnera, sed arma potius subministrent'. dimissis itaque 5
barbaris ipse de Christi miraculis gratulatur, de cuius et
miseratione promittit numquam illud oppidum hostium prae-
das ulterius experturum: ciues tantum ab opere dei nec
prospera nec aduersa retraherent. deinde beatus Seuerinus 6
in locum remotiorem secedens, qui ad Vineas uocabatur,
cellula parua contentus, ad praedictum oppidum remeare
diuina reuelatione compellitur, ita ut, quamuis eum quies
cellulae delectaret, dei tamen iussis obtemperans mona-
sterium haud procul a ciuitate construeret, ubi plurimos
sancto coepit informare proposito, factis magis quam uerbis
instituens animas auditorum. ipse uero ad secretum habi- 7
taculum, quod Burgum appellabatur ab accolis, uno a Fa-
uianis distans miliario, saepius secedebat, ut hominum de-
clinata frequentia, quae ad eum uenire consueuerat, ora-
tione continua deo propius inhaereret. sed quanto solitudi-
nem incolere cupiebat, tanto crebris reuelationibus mone-
batur, ne praesentiam suam populis denegaret afflictis.
proficiebat itaque per singulos dies eius meritum crescebat- 8
que fama uirtutum, quae longe lateque discurrens caelestis
in eo gratiae signa pandebat. nesciunt enim latere quae

I (LKCG). II (TNAM). S (21 delecta; deficit v. 6 *in* dimicante*) R*(vwfms *delecta*).

---

1 uero] *I. R,* ueros *S, om. II* 2 praeceperat] praedixerat *L* adduxere] *I,* adduxerunt (perduxerunt *R*s) *II. SR* 4 denuntiate] *I. R* (*praeter R*s), renuntiate *II,* nuntiate *SR*s huc] hunc *G*1*N* 5 nam] *I. NAR,* nam et *TM* 6 punietur *K* consuevit] constituit *K* 8 dimissa *K* 9 gratubatur *M*1, gratulabatur *M*2*R*vw de cuius . . . 10 promittit *om. M* 10 miseratione] miratione *G* promitti *K* 11 ab] si ab *K* 12 contraherent *A* 13 in remotiore loco *M* secedens] *KG. II. R,* recedens *LC* qui] quod *KCG* 15 ut *om. L* 17 haud (aut *K*) procul *om. M* 19 animas] *II. R,* animos *KCG, om. L* auditorum *om. L* ipse] in se *A*a secretiu *N* 20 burgum *I,* burcum *II,* purgum *R* a(p)pellatur *MR* 20/21 fauian- *v. ad p. 6, 7* 21 secedebat] se dicebat *K* 23 propius] *CGMR*vw, propitius *KTNA,* propitio *L,* protinus *R*fsm, proprius (*compar.*) *Hartel* 23/24 solitudinem] *I. R,* solitudinem (sollicitudinem *NA*) abditam *II* 24 crebrius *KCGR*s relationibus *M* 25 denegaret] *I. R,* negaret *II* 26 meritum eius *G* 28 gratiae] *reliqui et R*m, gratia *L,* gratiae et *R*f, gratiam per *R*vws

Matth. 5,14.15. bona sunt, cum iuxta sententiam saluatoris nec lucerna
sub modio contegi nec in monte posita ciuitas possit abs-
9 condi. inter cetera enim magnalia, quae illi saluator in-
dulserat, praecipuum abstinentiae munus accipiens carnem
suam plurimis subiugabat inediis, docens corpus cibis abun-
dantioribus enutritum animae interitum protinus allaturum.
10 calciamento nullo penitus utebatur: ita media hieme, quae
in illis regionibus saeuiore gelu torpescit, nudis pedibus
semper ambulare contentus singulare patientiae dabat in-
dicium. ad cuius immanitatem frigoris comprobandam
testem constat esse Danuuium, ita saepe glaciali nimietate
concretum, ut etiam plaustris solidum transitum subministret.
11 qui tamen talibus per dei gratiam uirtutibus sublimatus
intima humilitate fatebatur dicens: 'ne putetis mei meriti
'esse quod cernitis: uestrae est potius salutis exemplum.
'cesset humana temeritas, elationis supercilium comprima-
'tur. ut aliquid boni possimus, eligimur, dicente apostolo:
Eph. 1,4. "qui elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti
"et immaculati in conspectu eius". orate immo pro me, ut
'non ad condemnationis cumulum, sed ad iustificationis aug-
12 'mentum saluatoris mihi dona proficiant'. haec et his similia
solebat proferre cum fletibus, miro erudiens homines humili-
tatis exemplo, cuius uirtutis fundamento munitus tanta diuini
muneris claritate fulgebat, ut ipsi quoque ecclesiae hostes
haeretici reuerentissimis eum officiis honorarent.
1 V. Rugorum siquidem rex, nomine Flaccitheus, in ipsis
regni sui coepit nutare primordiis habens Gothos ex in-
feriore Pannonia uehementer infensos, quorum innumera
multitudine terrebatur. is ergo beatissimum Seuerinum in
suis periculis tamquam caeleste consulebat oraculum. ad
quem, dum uehementius turbaretur, adueniens deflebat se
a Gothorum principibus ad Italiam transitum postulasse, a
quibus se non dubitabat, quia hoc ei denegatum fuerat,
2 occidendum. tunc ergo a uiro dei hoc responsum praedic-
tus accepit: 'si nos una catholica fides annecteret, magis

I(*LKCG*). *II*(*TNAM*). *S* (*21, rediens v.* 26 rugorum; *del.*). *R*(^{vwfms} *del.*).

1 lucernam *M* 2 ciu. pos. *M* 3/4 indulserat] intulerat *N* 4 praecipu(a)e *KCG* 5 inediis] mediis *K* 5/6 habundatioribus *A* 6 illaturum *N* 7 pen. nullo *LK* medio *L* 9 semper] *I. R, om. II* 11 teste *A* 14 meritis KG^1 17 eligimur] eligitur *A, om. K* 19 immo] in me *L* 20 cumulum *om. K* 21 mihi *I. R, om. II* perficiant A^a 26 flaccitheus *v. ad p. 6, 12* 27/28 inferiore] *I* (inferiora *K*), inferiori *II*. SR^{vws} 28 infensos] infestos *L* 31 vehementius] vehementissime *SR* 32 postulasse] pertulisse *N* 33 denegatum] delegatum *L* 34/35 praedictus] pr. rex *KS* 35 accipit *N* una] tua *K*

'me de uitae perpetuitate debuisti consulere: sed quia de
'praesenti tantum salute sollicitus, quae nobis est communis,
'interrogas, instruendus ausculta. Gothorum nec copia nec
'aduersitate turbaberis, quia cito securus eis discedentibus
'tu desiderata prosperitate regnabis: tantum ne humilitatis
'meae monita praetermittas. non te itaque pigeat pacem
'appetere etiam minimorum, numquam propriis uirtutibus
'innitaris. "maledictus," inquit scriptura, "qui confidit in Ierem. 17,5
"homine et ponit carnem brachium suum et a domino
"recedit cor eius". disce igitur insidias cauere, non ponere:
'in lectulo quippe tuo pacifico fine transibis'. qui cum 3
tali animatus oraculo laetus abscederet, perlato sibi, quod
turba latrocinantium barbarorum aliquos captiuasset ex
Rugis, uirum dei misit protinus consulendum. qui sanc-
tis eum mandatis, ne praedones sequeretur, domino reue-
lante praemonuit dicens: 'si eos secutus fueris, occideris.
'caue, ne amnem transeas et insidiis, quae tibi in tribus
'locis paratae sunt, improuida mente succumbas: nam cito
'nuntius fidelis adueniet, qui te de his omnibus efficiat cer-
'tiorem'. tunc duo captiuorum ab ipsis hostium sedibus 4
fugientes ea per ordinem retulerunt, quae beatissimus uir
Christo sibi reuelante praedixerat. igitur frustratis insidiis
aduersantum Flaccitheus incrementis auctus prosperioribus
uitam rebus tranquillissimis terminauit.
VI. Post haec autem quidam Rugus genere per annos 1
duodecim incredibili ossuum dolore contritus omni caruerat
incolumitate membrorum, cuius cruciatus intolerabilis cir-
cumquaque uicinis factus erat ipsa diuturnitate notissimus.
itaque nihil proficiente diuersitate remedii tandem uidua
mater ad sanctum uirum uehiculo filium deduxit impositum
et ante ianuam monasterii proiciens desperatum continuatis
fletibus reddi sibi unicum filium precabatur incolumem. sed 2

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(vwfms *delecta*).

1 me *om. CG* perpetuitate] perpetuae salute *vel* prosperitate *Hartel* 4 turbaberis] turbaueris *K*, turbaris *L*, turberis MR^{f} 5 desideratam prosperitatem *L* 10 ponere] punire *K* 11 cum] *I. R*, dum *II. S* 13 latrocinantium barbarorum] *I.* SR^{vw}, latrocinantium et barbari R^{fms}, latronum *II* 14 misit protinus] protinus ***** M^{1}, protinus adiit M^{2} 15/16 reuelante] sibi reuelante (subire uelante R^{f}) *R* 16 dicens *om. M* 20 ipsis hostium] h. i. *K* 21 fugientes] fientes *K* 21/22 beatissimus uir christo sibi (*om. M*) reuelante praedixerat] a beatissimo uiro chr. s. r. praedicta sunt (*sic* R^{vw}, pr. erant R^{s}, erant pr. R^{fm}) *R* 23 aduersantium *I. N* flaccitheus *v. ad p. 6, 12* 26 ossuum] *TNAS*$R^{m\,(m.\,1)\,s}$, ossium *I. M*$R^{vwfm\,(m.\,2)}$ 28 diuinitate *K* 29 diuersitate *om. K* 30 filium *om.* M^{1} deduxit] dedexit M^{1}, adduxit *KCG* 31 desperatum *om. K* 32 filium *om. CG* incolumen *CG*

uir dei sentiens a se magna deposci fletu commotus aiebat:
'quid opprimor opinione fallaci? cur aestimor posse quod
'nequeo? non est uirtutis meae praestare tam grandia: con-
'silium tamen do tamquam misericordiam consecutus a deo'.
tunc mandat mulieri, ut pauperibus aliquid pro suis uiribus
largiretur. illa nihil morata uestem, quam induta fuerat,
3 se uelociter exuens egentibus diuidere properabat. quo
audito uir dei feruorem eius admirans iterum mandat, ut
suis operiretur amictibus, dicens: 'cum filius tuus tecum
'domino sanante perrexerit, opere uota supplebis'. indicto
igitur paucorum dierum de more ieiunio, fusis ad deum
precibus ilico sanauit infirmum atque incolumem suis gres-
4 sibus ambulantem remisit ad propria. qui cum postea nun-
dinis frequentibus interesset, stupendum miraculum cunctis
uidentibus exhibebat. nonnulli enim dicebant: 'ecce ille,
'qui fuerat totius corporis putredine tabefactus'; aliis autem,
quod ipse esset, omnino negantibus grata contentio nasce-
5 batur. ex illo igitur tempore, quo est reddita sanitas de-
sperato, uniuersa Rugorum gens ad dei famulum frequentans
coepit gratulationis obsequium reddere et opem suis postu-
lare langoribus. de aliis etiam gentibus, ad quas tanti
miraculi fama peruenerat, multi Christi militem uidere cu-
6 piebant. qua deuotione etiam ante hoc factum quidam bar-
bari, cum ad Italiam pergerent, promerendae benedictionis
ad eum intuitu deuerterunt.
1 VII. Inter quos et Odouacar, qui postea regnauit Italiae,
uilissimo tunc habitu iuuenis statura procerus aduenerat.
qui dum se, ne humillimae tectum cellulae suo uertice con-
tingeret, inclinasset, a uiro dei gloriosum se fore cognouit.

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwfms} *delecta*). — 23 quidam barbari .... *p.* 19, 2/3 largiturus *Consularia Ital.* = *Anon. Vales. c. 46 (chron. min. vol. 1 p. 314); eadem immutata Paulus hist. Rom. 15, 8.*

---

1 agebat *K* 3 uirtutis] enim u. *L* 4 tamen] autem *K* tamquam m. c. a deo *om. L* 6 ueste *LK* quam] qua *L* 7 egentibus] egenis *SR* 8 mandans *A*^{a} 9 tuus *om. T*^{1} tecum *om. M*^{a} 10 supplebis] complebis *K* 12 sanabit *G*^{1} incolumen *CGM* 13 remisit] ire iussit *N*, *om. A* 16 putredinem *K* 17 contentio] intentio *K* 18 quo] quod *G*^{1}*NAS* redd. san.] *rel. et R*^{m}, san. redd. *NR*^{vwfs} 18/19 desperata *L* 19 uniuersa rugorum] uniuersarum (-sorum *M*^{2}) gothorum *M* 22/23 cupiebat *K*^{a} 23 quam *K* 25 deuerterunt] deuenerunt *L*, deuertere *A*^{a} 26 odouacar] *CGR*(^{vwf}, odachar *R*^{s}, odauachar *R*^{m}), odoacar *II*, odouager *S*, odoacer *L*, oducar *Vales.* 27 ulissimo *L*^{1}, uilissime *A* tunc *om. Vales.* 28 se ne (ne *ante* contingeret *L*) *om. Vales.* humillimae] humillimo *Vales.*, humile (-lem *R*^{w}) *R* cellulae] c. suae *R*^{vw}, c. eius *Vales.* 29 se fore (forte *Vales.*) cognouit] sese recognouit *K*

cui etiam ualedicenti: 'uade' inquit 'ad Italiam, uade, uilis- 'simis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima lar- 'giturus'.

VIII. Feletheus quoque rex, qui et Feua, memorati filius 1
Flaccithei, paternam secutus industriam sanctum uirum coepit pro regni sui frequentare primordiis. hunc coniunx feralis et noxia, nomine Giso, semper a clementiae remediis retrahebat. haec ergo inter cetera iniquitatis suae contagia etiam rebaptizare quosdam est conata catholicos, sed, ob sancti reuerentiam Seuerini non consentiente uiro, a sacrilega quantocius intentione defecit. Romanos tamen duris 2
condicionibus aggrauans quosdam etiam Danuuio iubebat abduci. nam cum quadam die in proximo a Fauianis uico ueniens aliquos ad se transferri Danuuio praecepisset, uilissimi scilicet ministerii seruitute damnandos, dirigens ad eam uir dei ut eos dimitteret postulabat. uerum illa facibus feminei furoris exaestuans mandata reportari iussit asperrima. 'ora' inquit 'tibi, serue dei, in tua cellula delitescens: 'liceat nobis de seruis nostris ordinare quod uolumus'. haec 3
igitur audiens homo dei: 'confido' inquit 'in domino Iesu 'Christo, quia necessitate compelletur explere quod praua 'uoluntate despexit'. uelox itaque secuta correptio prostrauit animos arrogantis. quosdam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus ornamentis clauserat arta custodia. ad hos filius memorati regis admodum paruulus, nomine Fredericus, eodem die, quo regina seruum dei contempserat, puerili motu concitus introiuit. tunc aurifices infantis pectori gladium posuere dicentes, quod, si quis ad eos absque iuramenti praesidio ingredi conaretur, paruulum regium primitus transfigentes semet ipsos postea trucidarent,

---

I(*LKCG*). *II*(*TNAM*). *S* (*21 del.*). *R*(^{vwfms} *delecta*). — 4 Feletheus ... qui et Feua *excerpsit Paulus diaconus hist. Lang. 1, 19* (*inde gesta episc. Neap. c. 11*).

---

1 ualedicendi L^{a}, uade dicenti G^{1} 2 cito] scito *L* plurimi *Vales.* 4 feletheus *vide ad p. 7, 1* feua *vide ad p. 7, 1* filius *om. L* 5 flaccithei *v. ad 6, 12* 6 coniunx] $L^{2}CG$, coniux *rel.* 7 giso] *I. II. S*, gisa *R* 8 retrahebat] *I. RS*, reuocabat *II* ergo] autem *M* 9 quosdam] *I. R*, quondam *II. S* conata] contra *N* 10/11 sagrilega *T* 12 quosdam] quodam K^{a}, quos *S* 13 quidam *A* abduci] adduci *MS*; *post* abduci *versus unus et dimidius vacat in L* proximum *K* fauanis *N: v. ad p. 6, 7* uico] ui *K* 14 praecepisset] praecessisset *L* 15 ministerio *K* dirigens] litteras dirigens *(cf. 41, 4) Hirschfeld* 18 serue dei *om. M* 20 in *om.* G^{1} domino] *I. SR*, d. meo *II* 21 compellitur *L* 22 correctio *A* 24 pro *om. L* 26 fredericus] fridericus R^{vwms} 27 concitis T^{1} 28 pectore LN^{1} posuere] *I. II. SR*($^{vwf(m. 1)}$), imposuere *R*($^{f(m. 2)s}$) 30 transfigentes] transfigerent et *R*

quippe cum sibi nullam spem promitterent, macerati diutur-
4 nis ergastulis. his auditis regina crudelis et impia, uesti-
bus dolore conscissis, talia clamitabat: 'o serue domini
'Seuerine, sic a deo tuo inlatae uindicantur iniuriae! hanc
'mei contemptus ultionem effusis precibus postulasti, ut in
'mea uiscera uindicares'! itaque multiplici contritione ac
miserabili lamentatione discurrens fatebatur se pro scelere
contemptus, quod in seruum dei commiserat, plagae praesen-
tis ultione percelli confestimque directis equitibus ueniam
petitura et Romanos, quos eodem die tulerat, pro quibus et
rogantem contempserat, retransmisit et aurifices accipientes
protinus sacramentum ac dimittentes infantulum pariter et
5 ipsi dimissi sunt. his auditis reuerentissimus Christi seruus
gratias creatori referebat inmensas, qui ob hoc interdum
differt uota poscentium, ut fide, spe et caritate crescente,
dum minora petitur, maiora concedat. id namque egit omni-
potentia saluatoris, ut, dum liberos saeua mulier subicit
6 seruituti, seruientes cogeretur reddere libertati. quibus
mirabiliter impetratis regina statim ad seruum dei pro-
perans cum marito monstrat filium, quem fatebatur illius
orationibus de mortis confinio liberatum, promittens se ne-
quaquam ultra eius iussionibus obuiare.

1 VIIII. Magna quoque famulo dei prophetiae gratia prae-
dito in redimendis erat captiuis industria. studiosius etenim
insistebat barbarorum dicione uexatos genuinae restituere
libertati. interea cuidam cum coniuge liberisque redempto
praecepit transuadare Danuuium, ut hominem ignotum in
nundinis quaereret barbarorum, quem in tantum diuina
reuelatione didicerat, ut etiam signa staturae capillorumque
colorem, uultus eius ac uestis habitus indicaret et in qua
parte nundinarum reperturus eum foret ostenderet, addens,
ut, quicquid ei reperta diceret persona, reuersus sibi matu-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta; deficiunt* 23 — *p.* 21, 9 sustinui). *R*(vwfms *delecta*).

1 spem] *I. SR*, spem uitae *II* 2/3 pestibus *A* 3 domini] dei *R* 4 sic] *KCGSR*, sicut *L*, sic sic *II* tuo *om. N* uindicabuntur *L* 5 contemptus] obtentus *L* effusus A^a 8 dei *om. M* 10 petitura] *I. SR*, poscens *II* eodem] eadem KR^f, ea R^{vwms} 14 gratias creatori] cr. gr. *K* ob] ad *A* 16 minora (inmora *A*) petitur] miro patitur *L* egit *om. KN* 16/17 omnipotentia salu.] potentia salu. T^1, omnipotentis salu. *S* 17 liberam seuam mulierem subiecit *S* (*21. 28*) 20 monstrans *L* 21 promittens] *I. SR*, promittentes *II* 22 ultra *om. R.* 23 fam. dei] d. f. *R* 24 remendis M^1 industria] ex i. *L* studiosius] *LKCR*, studiosus *G. II* 26 coniunge *L* 27 praecipit *A* transuadare] transuadere $L^a R^{fm (m. 2)}$ 27/28 in nund.] inundinis *A* 30 habitus] *I.* R^{fms}, habitum (-tu *A*) *II.* R^{vw} 31 forent L^1 32 ei] eum *N*

rius intimaret. profectus itaque cuncta sic, ut uir dei 2
praedixerat miratus inuenit. is igitur ab eodem homine,
quem repperisse se mirabatur, interrogatus audiuit dicen-
tem: 'putasne possum inuenire hominem, qui me ad uirum
'dei, cuius ubique fama diffunditur, qua uoluerit mercede
'perducat? diu est enim, quod ipsos sanctos martyres, quo-
'rum reliquias fero, suppliciter interpello, ut a tali ministerio
'tandem aliquando soluar indignus, quod huc usque non
'temeraria praesumptione, sed religiosa necessitate sustinui'.
tunc nuntius hominis dei eius se aspectibus praesentauit. 3
qui debito sanctorum Geruasii et Protasii martyrum reli-
quias honore suscipiens in basilica, quam in monasterio
construxerat, collocauit officio sacerdotum. quo loco mar-
tyrum congregauit sanctuaria plurimorum, quae tamen prae-
eunte semper reuelatione promeruit, sciens aduersarium
saepe subripere sub nomine sanctitatis. ʳ episcopatus quoque 4
honorem ut susciperet postulatus praefinita responsione con-
clusit, sufficere sibi dicens, quod solitudine desiderata pri-
uatus ad illam diuinitus uenisset prouinciam, ut turbis
tribulantium frequentibus interesset. daturus nihilominus
monachis formam sollicitius admonebat beatorum patrum
uestigiis inhaerere, quibus sanctae conuersationis adquirere-
tur instructio, adhibendamque operam, ne is, qui parentes
reliquit et saeculum, pompae saecularis inlecebras retrorsum
respiciendo cuperet, quas uitauerat, et ad hoc uxoris Loth
exemplum terribile proponebat. memorabat etiam timore 5
domini mortificanda esse incentiua libidinum nec aliter supe-
randa corporeae delectationis asserebat incendia, nisi fuis-
sent per dei gratiam lacrimarum fonte restincta.

X. Quidam uero nomine Maurus basilicae monasterii
fuit aedituus, quem beatus Seuerinus redemerat de manibus 1

I (*LK*). *II* (*TNAM*). *S* (*inde a v. 10; 21 delecta*). *R* (vwfms *delecta*).

---

1 itaque] itque (*novem litt. erasae*) *K* 2 igitur] ergo *A* 3 mirabantur *A* 7/8 a tali ministerio tandem *om. M* 8 huc] nunc *M* 9 necessatate *L*ᵃ 10 eius se aspectibus] eius eum aspectibus (aspectus *R*ʷ) *R*ᵛʷ *ad rem recte, sed videtur scriptor ipse erravisse* *post* praesentauit *ins.* reliquiasque sanctorum ab eo suscipiens uiro dei detulit *M* 13 collocauit] collocauit et sacrauit *Sauppe* 14 plurimarum *M*ᵃ 16 subrepere *Welser* 18 quod] quod sibi *K* 20 tribulantibus *L*², tribulationum *M* 21 formam] normam *carminis Eugippiani (praef. p. VIII) auctor* sollicitus *M* beatorum *om. K* 23 is] his *MN* 24 relinquit *T* saeculum] secundum *A* 25 respiciendo] *I. R*, aspiciendo *II*, inspiciendo *S* ad] ob *R* 26 memorabatur *L* 27 domini] dei *R* 28 corporeae] corporalis *R* asserebat] adseruit *R* 31 fuit *om. M* aeditus *AS*

barbarorum. huic quadam die praecepit uir dei dicens:
'caue, ne hodie digrediaris alicubi: alioquin imminenti peri-
'culo non carebis'. hic ergo contra praeceptum tanti patris
saecularis cuiusdam hominis persuasu meridie ad colligenda
poma in secundo a Fauianis miliario egressus mox a bar-
baris Danuuio transuectus est cum suo persuasore captiuus.
2 in illa hora uir dei, dum in cellula legeret, clauso repente
codice: 'Maurum' ait 'cito requirite'. quo nusquam reperto
ipse quantocius Histri fluenta praetermeans latrones prope-
ranter insequitur, quos uulgus scamaras appellabat. cuius
uenerandam praesentiam non ferentes supplices quos cepe-
rant reddidere captiuos.

1 XI. Dum adhuc Norici Ripensis oppida superiora con-
starent et paene nullum castellum barbarorum uitaret in-
cursus, tam celeberrima sancti Seuerini flagrabat opinio, ut
certatim eum ad se castella singula pro suis munitionibus
inuitarent, credentes quod eius praesentia nihil eis eueniret
aduersi. quod non sine nutu diuini muneris agebatur, ut
omnes eius monitis quasi caelestibus terrerentur oraculis
2 exemploque illius bonis operibus armarentur. in castellum
quoque, cui erat Cucullis uocabulum, deuotionibus accola-
rum uir sanctus aduenerat euocatus, ubi factum grande
miraculum nequeo reticere: quod tamen Marciani, post
presbyteri nostri, ciuis eiusdem loci, stupenda relatione
cognouimus. pars plebis in quodam loco nefandis sacrifi-
ciis inhaerebat. quo sacrilegio comperto uir dei multis
plebem sermonibus adlocutus ieiunium triduanum per pres-
byteros loci persuasit indici ac per singulas domos cereos
afferri praecepit, quos propria manu unusquisque parietibus
3 affixit ecclesiae. tunc psalterio ex more decurso ad horam

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 del., deficit* 23 reticere). *R*(^{vwfms} *delecta*).

1 quandam N^1, quidam *T* die *om.* T^a uir dei] *I. R*, *om. II. S* 2 grediaris *K* 2/3 imminenti periculo non carebis] *I. SR*, ab i. p. n. ca- uebis *II* 4 hom. cui. *NA* 4/5 colligendam pomam *K* 5 fauian- *v. ad 6, 7* 7 in (*ante* cellula) *om. L* cellula] *rel. et* $SR^{m(m. 1)}$, cella $KMR^{vwfm(m. 2)s}$ 8 codicem *K* numquam *N* 9/10 properantes *LK* 10 scamaras] NSR^{vw}, seamaras *TAM*, scameras *I*, scamaros R^{fms} appellat *CGS* 12 reddere *G* 13 dum] cum $CGNR^{ms}$ 15 fragrabat *L* 16 monitionibus *KTNAS* 17 inuitaret *K* adueniret *LS* 19/20 oraculis ex. ill. b. o. armarentur *om. S* (*21. 28*) 20 armarentur] erudirentur (erudiantur R^f, eruantur R^m) *R* 21 cucullis *om. N* 22 aduenerat] uenerat *R* aduocatus *GNR* 23 nequeo reticere] neque ore (*sic 28*, nequeo *21*) dicere *S hic finientes* 24 ciues *N* 27/28 presbyterum *KR* 28 indicia ac *K* 29 afferri] *I.* MR^f, afferre $TNAR^{vwsm}$ manu unusquisque] *K. II. R*, manus quisque *L*, manu *CG*

sacrificii presbyteros et diacones uir dei hortatus est tota cordis alacritate secum communem dominum deprecari, quatenus ad sacrilegos discernendos lumen suae cognitionis ostenderet. itaque cum multa largissimis fletibus cum eis fixis genibus precaretur, pars maxima cereorum, quos fideles attulerant, subito est accensa diuinitus, reliqua uero eorum, qui praedictis sacrilegiis infecti fuerant uolentesque
latere negauerant, inaccensa permansit. tunc ergo qui eos 4
posuerant diuino declarati examine, protinus exclamantes secreta pectoris satis actionibus prodiderunt et suorum testimonio cereorum manifesta confessione conuicti propria sa-
crilegia testabantur. o clemens potentia creatoris cereos 5
animosque flammantis! accensus est ignis in cereis et refulsit in sensibus: uisibilis lux naturam cerae liquabat in flammas, at inuisibilis corda fatentum soluebat in lacrimas. quis credat amplius eos quos sacrilegus error inuoluerat postea claruisse bonis operibus, quam eos, quorum cerei fuerant accensi diuinitus?

XII. Alio rursus tempore in finibus eiusdem castelli 1
locustae, frugum consumptrices, insederant copiosae, noxiis morsibus cuncta uastantes. tali ergo peste perculsi mox presbyteri ceterique mansores sanctum Seuerinum summis precibus adierunt dicentes: ‘ut tantae plagae auferatur ‘atrocitas, orationum tuarum experta suffragia postulamus, ‘quae magno dudum miraculo in accensis caelitus cereis
‘multum apud dominum ualere conspeximus’. quos ipse 2
religiosius allocutus: ‘non legistis’ ait ‘quid auctoritas diuina
‘peccanti populo praeceperit per prophetam: “conuertimini Ioel 2, 12
“ad me in toto corde uestro, in ieiunio et fletu”, et post
‘pauca: “sanctificate”, inquit, “ieiunium, uocate coetum, Ioel 2, 15
“congregate ecclesiam” et cetera, quae sequuntur? explete itaque dignis operibus quae docetis, ut malitiam facile

---

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*redit* 19 alio; *21 del.*). *R*(vwfms *delecta*).

---

1 diacones] *LKNAMR*vw, diaconos *CGTR*f, diaconum *R*ms exhortatus *M* 2 alacritate] claritate *L* dominum] deum *A* 4 cum eis] cumque *R*vwms, atque *R*f 7 infecti] infecti fecti *K* 9 adclamantes *NA* 10 satis actionibus] *scripsi*, satis factionibus (‘*fortasse* = *excusationibus*’ *Traube*) *libri*, suis factionibus *Welser* (*et ita corr. est in R*m, *puto manu Welseri*), suis actionibus *Sauppe*, satactionibus (*a satagendo*) *Hartel* 11 manifesta] et m. *L* 12 clementis *NA* 13 flammantes *NAR*vwf(*m. 1*), inflammantes *R*m 14 liquabat] *I. R*, liquauit *II* 15 lacrimis *N* 16 quis credat] *expectes* constat — quis credat? — amplius sacrileg.s *L*[1] 18 diuinis *A* 19 rursum *K* 22 sanctum] ad sanctum *M* 23 aūdierunt *N* tanta *M* 25 miraculis *N* caelitus] diuinitus *M* 26 dominum] deum *N* 27 religiosus *M* 28 prophetam] pr. dicens *M*, pr. dicentem *S* (*21. 28*) 29 fletu] in fl. *TA* 32 quae docetis] *I. II. SR*v, que doces *R*w, exsequi potestis *R*f, *om. R*ms: quae docet is (*propheta*) *Hirschfeld*, quae docet *Sauppe*

'praesentis temporis euadatis: nullus sane ad agrum exeat,
quasi humana locustas sollicitudine uetiturus, ne diuina
3 'amplius indignatio prouocetur'. nec mora, omnibus in
ecclesia congregatis unusquisque in ordine suo psallebat
ex more. omnis aetas et sexus, quae etiam uoce non po-
terat, precem deo fletibus offerebat, elemosynae fieri non
cessabant, quicquid bonorum operum praesens necessitas
4 exigebat, sicut famulus dei praeceperat, implebatur. omni-
bus igitur huiusce modi studiis occupatis quidam pauperri-
mus opus dei coeptum deserens ad agrum propriae segetis
inuisendi causa, quae perparua inter aliorum sata iacebat,
egressus est totoque anxius die locustarum nubem impen-
dentem qua potuit exturbauit industria moxque ecclesiam
communicaturus intrauit, sed segetem eius exiguam, multis
uicinorum circumdatam frugibus, locustarum densitas de-
uorauit. quibus ea nocte ab illis finibus exterminatis imperio
5 diuino probatum est, quanti ualeat fidelis oratio. mane
quippe sancti operis temerator atque contemptor rursus ad
agrum suum male securus egrediens eum locustarum per-
nicie funditus inuenit abrasum et omnium circumquaque
sationes integras: uehementer admirans ad castellum luc-
tuosa uociferatione reuertitur, cumque id quod acciderat in-
dicasset, ad huiusce modi uidendum cuncti exiere miracu-
lum: ubi quasi ad lineam regularem contumacis hominis
6 segetem locustarum morsus ostenderant. tunc omnium
uestigiis prouolutus intercessionibus eorum delicti sui ueniam
fusa lamentatione poscebat. ob quam rem monendi occa-
sionem homo dei reperiens docebat uniuersos, ut omnipo-
tenti domino discerent oboedire, cuius imperiis obtemperant
et locustae. pauper uero praedictus flebiliter allegabat posse

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). R(vwfms *delecta*).

2 humanas *G* 5 quae] *I. R*, qui *II. S* uocem *TNA* 6 flentibus L^1 elemosynae] el. uero *S* 7 operum *om. M* praesens] preces *N* 8 exigebat] exhibebat *M* 9/10 pauperinus *M* 11 inuisendi] *LCGM*R^f, inuisendae *KTAN*R^{vwms}, inuisens de *S* iacebat] iacebant *A*, habebat *M* 12 totoque] totaque *KG*(?)*R*, toto *M* anxios N^1 12/13 impendentem] impudentem *G*, impedientem *S* (*21. 28*) 13 aecclesia *L* 16 ea] *I. SR*, ex *II* exterminatis] *I. II. S*R^{vw}, exterritis R^{fms} imperi *N* 17 quantum *M* 18 atque contemptor] *I. SR cum indice cap. p. 7, 18, om. II* rursum *KAM* 19 secutus L^a 19/20 pernicie] sub p. *L* 20 abrasum] *LKSR cum indice p. 7, 18,* abrosum *G. II,* ambrosum *C* 21/22 luctuosa] lamentuosa *N* 22 accederat *T*N^1*A* 24 ligneam *K* 25 morsibus *K* extenderant *N*, ostenderat *S*, ostendebant *Sauppe* 26 eorum *om. M* 28/29 omniptenti *M* 29 domino] deo *MR* imperiis optemperarent *K*, imperio subtemperant *S* (*28*), imperio obtemperant *S* (*21*) 30/p. 25, 1 posse se] *I.* T^1*SR*, post se T^2, se posse *M*, posse *NA*

se mandatis oboedire de cetero, si ulla sibi spes, qua
uiueret, remansisset? tunc ergo uir dei ceteros allocutus: 7
'iustum est' inquit 'ut qui proprio supplicio humilitatis uobis
'et oboedientiae dedit exemplum, liberalitate uestra anni prae-
'sentis alimenta percipiat'. collatione itaque fidelium et cor-
reptus homo pauperrimus et ditatus didicit, quantum dispen-
dii incredulitas inferat, quantum beneficii suis cultoribus con-
ferat diuina largitio.

XIII. Item iuxta oppidum, quod Iuuao appellabatur, 1
cum quadam die intrantes basilicam aestatis tempore sol-
lemnitatem uespere reddituri ad accendenda luminaria ignem
minime repperissent, flammam concussis ex more lapidibus
elicere nequiuerunt, in tantum alterutra ferri ac petrae con-
lisione tardantes, ut tempus uespertinae sollemnitatis efflue-
ret. at uir dei genibus humi fixis orabat attentius. mox 2
igitur in conspectu trium spiritalium qui aderant tunc uiro-
rum cereus, quem manu idem sanctus Seuerinus tenebat,
accensus est. quo lucente sacrificio uespertini temporis ex
more suppleto gratiae deo referuntur in omnibus. quod
factum licet memoratos, qui huic interfuere miraculo, celare
uoluerit sicut multa magnalia, quae per illum diuinis sunt
effectibus celebrata, claritas tamen tantae uirtutis occultari
non potuit, sed ad magnam fidem ceteros excellenter ac-
cendit.

XIIII. Accidit etiam eiusdem loci quandam mulierem 1
diuturno langore uexatam iacere seminecem, exequiis iam
paratis, cuius proximi maesto silentio uoces funereas quo-
dam fidei clamore presserunt et ante ostium cellulae sancti
uiri corpus iam paene exanime deposuere languentis. uidens 2
itaque homo dei clausum aditum oppositione lectuli ait ad
eos: 'quidnam est, quod facere uoluistis'? responderunt:
'ut oratione tua uitae reddatur exanimis'. tunc ipse lacri-
mabundus: 'quid' inquit 'a paruo magna deposcitis? agnosco

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R* (vwdfms *delecta*).

---

1 sibi spes] *I. R* (sibi *post* 2 uiueret *R*m), sibi spe *S*, spes sibi *II*   6 pauperinus *M*   7 sui *L*   9 iuuao] iuuauo *R*vws, iuua *R*d, iuba *R*m, iouiaco *S*   appellabatur] *I*, appellatur *II. SR*   11 reddituri] dicturi *M*   accedenda *A*   12 concussis (-sit *L*1)] *I. SR*, excussis *II*   lapidibus] lampadibus *S*   13 ferri] *I. SR*, *om. II*   16 spiritalium *vide ad p. 2, 12*   17 manu] in manu *M*   18 uespertinis *NA*   19 dei *NA*a   20 memoratis *L*2   21 sicut] *I*, sic et *N*, sicut et *TAMSR*   26 diuturno] *I* (*inc. L*a). *R*vf, diutino *II. SR*wms   iacere seminecem *om. K*   27 funeratas *M*   29 languentes *TNA*   30 appositione *CG*   32/33 lacrimabundus quid inquit] *LCG*, lacrimabundus quid *K. II*, l. exclamans ait quid *SR fortasse recte*   33 agnoscite *M*

'me prorsus indignum. utinam merear ueniam pro meis
'inuenire peccatis!' et illi: 'credimus' inquiunt 'quod, si
3 'oraueris, reuiuiscet'. tunc sanctus Seuerinus fusis ilico
lacrimis in oratione prostratus est et muliere protinus as-
surgente allocutus est eos: 'nolite quicquam horum meis
'operibus applicare: hanc enim gratiam fidei uestrae feruor
'emeruit, et hoc fit in multis locis et gentibus, ut cognosca-
'tur, quod unus sit deus, faciens in caelo et in terra pro-
'digia, excitans perditos in salutem et mortuos uitae resti-
'tuens'. mulier uero sanitate percepta opus agrale die ter-
tio iuxta morem prouinciae propriis coepit manibus exer-
cere.

1 XV. Quintanis appellabatur secundarum municipium
Raetiarum, super ripam Danuuii situm: huic ex alia parte
paruus fluuius, cui Businca nomen est, propinquabat. is
crebra inundatione Danuuii superfluentis excrescens non-
nulla castelli spatia, quia in plano fundatum fuerat, occu-
pabat. ecclesiam etiam loci eius mansores extra muros ex
lignis habuere constructam, quae pendula extensione por-
recta defixis in altum stipitibus sustentabatur et furculis,
cui ad uicem soli tabularum erat leuigata coniunctio, quam,
quotiens ripas excessisset, aqua superfluens occupabat.
2 Quintanensium itaque fide sanctus Seuerinus illuc fuerat
inuitatus. ubi, cum tempore siccitatis uenisset, interrogat,
cur tabulata nudatis obstaculorum tegminibus apparerent.
accolae responderunt, quod frequenti fluminis alluuione
quicquid fuisset superstratum continuo laberetur. at ipse:
'sternatur' inquit 'super tabulata nunc in Christi nomine
'pauimentum: iam uidebitis amodo fluuium caelesti iussione
3 'prohibitum'. pauimento itaque perfecto ipse subter naui
descendens accepta securi postes facta oratione percussit

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). R(^{vwdms} *delecta*).

1 mer. uen.] uen. mer. *K* 1/2 inuenire pro meis *M* 2 si] si pro ea L^2 (*inc.* L^1) 3 orauerint N^1 reuiuiscet] *CGAM*, reuiuescet *LTN*, reuiuiscit *R*, reuiuescit (*corr. in* reuiuescet) *S* 5 eos] eos dicens *L* 7 ut] et *A* 7/8 agnoscatur *G* 8 faciens *post* terra *GM* 10 percepta] *I. RS*, recepta *II* opus] opusque *M* agrale] *I. II. S cum indice p. 7, 24*, sacrale R^{dsm}, sarcile R^{vw} 10/11 tertia *K* 13 quintamnis *K* secundarium *N*, secundiarum *K* 15 cui businca (*rel. et* R^w, busi*** L^1, bunsica N^1, busica N^2, inca *M*, businea R^v) nomen est] quintana nomine R^{dms} is] his *II* 17 castella L^1 plano] *I*, planum *II. SR* 18 eius loci *G*, eiusdem loci *M* ex] et *G* 19 quae] qui NA^a 21 ad inuicem *N* soli* *L* qua *K* 23 illic *M* 25 tabulate L^1 apparent *M* 26 illuuione *NM* 27 fuisse *T* 28 super tabulata] *KCG. II. SR*, tabulatis *L* 29 fluuium ammodo *M* 30 naui] *I.* NR^{vw}, nauim *TMS*, *om.* R^{dms} 31 facta oratione] acta (acta *deletum*) haec facta *M*

atque ad aquam fluminis uenerandae crucis expresso signa-
culo dixit: 'non te sinit dominus meus Iesus Christus hoc
'signum crucis excedere'. ex illo itaque tempore, cum ex 4
more fluuius creuisset in cumulos ambissetque uiciniam,
quam solebat, ita spatiis ecclesiae erat inferius, ut numquam
sancti patibuli signaculum, quod impresserat homo dei, pror-
sus excederet.

XVI. Accidit autem, ut castelli presbyter memorati ad- 1
modum uenerabilis, Siluinus nomine, moreretur, et cum in
ecclesia feretro posito noctem psallentes duxissent ex more
peruigilem, iam clarescente diluculo rogauit uir dei fessos
presbyteros et diacones uniuersos parumper abscedere, ut
post laborem uigiliarum somno sè aliquantulum recrearent.
quibus egressis homo dei ostiarium, Maternum nomine, in- 2
terrogat, utrum omnes, ut dixerat, abscessissent. at illo
respondente cunctos abisse: 'nequaquam' ait 'sed latet hic
'quaedam'. tunc ianitor ecclesiae saepta secundo perlustrans
nullum intra ea remansisse testatur. uerum Christi miles
domino sibi reuelante: 'nescio quis' ait 'hic delitescit'. ter-
tio itaque diligentius perscrutans quandam inuenit uirginem
consecratam locis se occultioribus abdidisse. hanc ergo 3
memoratus sic increpauit aedituus: 'cur istic famulo dei
'posito tuam credideris potuisse latere praesentiam'? at
illa: 'pietatis' inquit 'amor talia me facere persuasit: uidens
'enim cunctos foras expelli cogitaui mecum, quod seruus
'Christi inuocata diuina maiestate praesentem mortuum sus-
'citaret'. exeunte igitur memorata uirgine homo dei cum 4
presbytero et diacono ianitoribusque duobus in oratione cur-
uatus orauit fletu largissimo, ut opus solitae maiestatis
superna uirtus ostenderet. tunc orationem complente pres-
bytero ita cadauer uir beatus alloquitur: 'in nomine domini
'nostri Iesu Christi, sancte presbyter Siluine, loquere cum

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(vwdms *delecta*).

1 ad *om.* *NA* expressa *K* 4 creuisset *om.* *K* uicina *M* 5 eclae *T* inferius] *I. II. S*, inferior *R*, inferior fluuius *Hartel* 6/7 quod impr. h. d. (h. d. i. *M*) pr. exc. *om.* *L*[1] 9 siuinus *A* 10 nocte *NA* duxissent (-set *A*) ex more] ex more dux. *M* 11 fessor *K* 13 aliquantum *NA* 14 hostiarum *K* 14/15 int. utr. omnes] int. utr. omn. interrogat *K* 15 dixeraat *L* illo] ille *L*[a] 16 abisset *A* 18 eam *A* 19 sibi *om.* *L* 20 quadam *K* 21 ergo] igitur *G* 22 istic] istius *L* 23 crediderisl *I. SR*vwdm, credideras *II*, crederis *R*s potuisse] *LCGSR*vwdm, postulasse *K*, posse *II. R*s 25 exp. for. *M* 26 diuina maiestate] diuinitatem *K* 26/27 *post* suscitaret *versus duo vacui* *L* 28 diacone *L* 29 orauit] postulauit *GSR* solito *M*a 30 superna] diuina *R* 30/31 orationem (-ne *C*) complente presbytero] or. conpleta presbyteri *R*vw, oratione completa a presbytero *R*dm, or. a pr. completa *R*s

5 'fratribus tuis'. at ubi oculos defunctus aperuit, uix prae-
sentibus homo dei tacere prae gaudio persuasit. et denuo
ad eum: 'uis' inquit 'rogemus dominum, ut te adhuc seruis
'suis in hac uita condonare dignetur'? at ille ait: 'per do-
'minum te coniuro, ne hic diutius tenear et frauder quiete
6 'perpetua, in qua me esse cernebam'. statimque reddita
oratione quieuit exanimis. hoc autem factum ita sancti
Seuerini adiuratione celatum est, ut ante mortem eius non
potuisset agnosci: ego tamen haec quae retuli Marci sub-
diaconi et Materni ianitoris relatione cognoui. nam pres-
byter et diaconus, tanti testes miraculi, ante uirum sanc-
tum, cui iurauerant nulli se quod uiderant prodituros, obisse
noscuntur.

1 XVII. Talibus igitur beatus Seuerinus per Christi gra-
tiam muneribus opulentus captiuorum etiam egenorumque
tantam curam ingenita sibi pietate susceperat, ut paene
omnes per uniuersa oppida uel castella pauperes ipsius in-
dustria pascerentur: quibus tam laeta sollicitudine ministra-
bat, ut tunc se crederet tantummodo saturari uel abundare
bonis omnibus, quando uidebat egentum corpora sustentari.
2 et cum ipse hebdomadarum continuatis ieiuniis minime
frangeretur, tamen esurie miserorum se credebat afflictum.
cuius largitionem tam piam in pauperes plurimi contem-
plantes, quamuis ex duro barbarorum imperio famis an-
gustias sustinerent, deuotissime frugum suarum decimas
pauperibus impendebant. quod mandatum licet cunctis ex
lege notissimum sit, tamen quasi ex ore angeli praesentis
3 audirent, grata deuotione seruabant. frigus quoque uir dei
tantum in nuditate pauperum sentiebat, siquidem specia-
liter a deo perceperat, ut in frigidissima regione, mirabili
4 abstinentia castigatus, fortis et alacer permaneret. pro
decimis autem, ut diximus, dandis, quibus pauperes aleren-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R* (vwdms *delecta*).

1 at ubi (*om.* *G*[a])] et subito *SR* (at ubi o. d. ap. *om.* *R*[s]) defunctos *N* uix] uix uero *SR* 2 prae gaud. tac. *M* 3 rogemus] ut r. *LSR*[d] dominum] deum *M* seruis] in seruis *A* 6 cernebam] iam cernebam *R* 8 adiuratione] diuratione *L* est *om.* *NA* 9/10 subdiaconi] *I. SR*, diaconi *II* 10 materni] *I. SR*, martini *II* ianitoris] genitoris *N* 11/12 sanctum uirum *M* 14 beatissimus *M* 14/15 chr. gr.] gr. chr. *K* 16 ingenitam *K* 19 saturari] saluari *M* habundari *M* 20 egencium *M* 21 cum ipse] *KCGSR*, cum *L. II* ebdomarum *A*[1] 23 largiotionem *L*[1], largitiorem *GNA* 24 imperio *om.* *M* 24/25 angustias] *KTNASR*, angustiam *LCG*, inopias angustias *M* 25 frugum] *LK. II*, tamen frugum *CGSR* 27 notissimum sit] *KCGSR*, notissimum *L. II* praesentis *om.* *M* 29 sentiebant *K*[a] 29/30 a deo spec. acceperat *M* 31 permaneret] *I. SR*, maneret *II*

tur, Norici quoque populos missis exhortabatur epistolis. ex qua consuetudine cum ad eum nonnullam erogandarum uestium copiam direxissent, interrogauit eos qui uenerant, si ex oppido quoque Tiburniae similis collatio mitteretur. respondentibus etiam inde protinus affuturos uir dei nequaquam eos uenire signauit, sed dilatam eorum oblationem praedixit barbaris offerendam. itaque non multo post ciues Tiburniae uario cum obsidentibus Gothis certamine dimicantes uix initi foederis pactione inter cetera etiam largitionem iam in unum collatam, quam mittere famulo dei distulerant, hostibus obtulerunt.

XVIII. Ciues quoque ex oppido Lauriaco crebra quon- 1
dam sancti Seuerini exhortatione commoniti frugum decimas
pauperibus offerre distulerant. quibus fame constrictis iam
maturitate messium flauescente uicina subsidia monstraban-
tur. at ubi rubiginis inprouisae corruptio frugibus nocitura
comparuit, mox ad ipsum conuenere prostrati, poenas suae
contumaciae confitentes. miles uero Christi fessos uerbis 2
spiritalibus alleuabat dicens: 'si decimas obtulissetis pau-
'peribus, non solum aeterna mercede frueremini, uerum etiam
'commodis possetis abundare praesentibus. sed quia culpam
'confessione propria castigatis, de domini pietate polliceor,
'quod rubigo praesens tam ualida penitus non nocebit: tan-
'tum fides uestra ulterius non uacillet'. uerum ciues ad
persoluendas ex illo decimas haec promissio reddidit promp-
tiores. tunc, ut solebat, hortatus est indici ieiunium: quo
expleto placidus imber desperatae messis amputauit incom-
moda.

XVIIII. Batauis appellatur oppidum inter utraque 1
flumina, Aenum uidelicet atque Danuuium, constitutum, ubi

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwdms} *delecta*).

---

2 nonnulli *M* 3 uestium] uestigium *K* copia *T* 4 tiburniae] *I* (tiburtiniae L^{a} *hic et p. 31, 22/23 L*). *SR* (tiburnia R^{dsm}), tigurniae *II* (tugurniae *M*): *similiter omnia et hac p. v. 8 et p. 31, 22/23* similis] simul *K* collocatio *N* 6 obl. eor. *A* 7 offerandam *L* multo] *I. R* (multa R^{w}), multum *II. S* 8 tiburniae *vide v. 4* uario cum obs. gothis (cum hostibus *M*) certamine *om. L* 9 inita $KCGR^{vw}$ pactionem *TNA* 10 collata *L*, collectam *N*, collocatam *A* dei *om. NA* 12/13 condam *A*, quandam *K* 15 flauente *M* 16 improuisa *L*, inprouiso *NA* 17 conuenire L^{2} poenas] pena *K* 18 fessos] sessor *K* 19 spiritalibus *vide ad p. 2, 12* decimis N^{1} 20 fruemini L^{1} etiam *om. M* 23 praesentis *N* 25 ex illo decimas] *rel. et* $S^{(m. 1)}$, ex illo decimas die *L*, ex illa die dec. $S^{(m. 2)}R^{dms}$, decimas (*rel. om.*) R^{vw} haec *om. L* 29 batauis] beatauis *N*: *vide supra ad p. 8, 34* 30 aenum] *scripsi hic et 14, 4 et 31, 26;* enum *R ubivis et sic hic et 31, 26* K^{2}, h(a)enum *II ubivis*, haenum *loco secundo*, renum *duobus aliis L*, eneum *S*, renum (rehenum *loco tertio G*) $K^{1}CG$

beatus Seuerinus cellulam paucis monachis solito more
fundauerat, eo quod ipse illuc saepius rogatus a ciuibus
adueniret, maxime propter Alamannorum incursus assiduos,
quorum rex Gibuldus summa eum reuerentia diligebat.
2 qui etiam quodam tempore ad eum uidendum desideranter
occurrit. cui sanctus obuiam, ne aduentu suo eandem ciui-
tatem praegrauaret, egressus est, tantaque constantia regem
est allocutus, ut tremere coram eo uehementius coeperit,
secedensque suis exercitibus indicauit numquam se nec in
re bellica nec aliqua formidine tanto fuisse tremore concus-
3 sum. cumque dei famulo daret optionem imperandi quae
uellet, rogauit doctor piissimus, ut sibi potius praestaturus
gentem suam a Romana uastatione cohiberet et captiuos,
quos sui tenuerant, gratanter absolueret. tunc rex consti-
tuit, ut ex suis aliquem dirigeret ad id opus maturius ex-
sequendum, statimque missus Amantius diaconus e uestigio
regem subsequitur eiusque pro foribus excubans multis
4 diebus non potuit nuntiari. cui re, pro qua directus fuerat,
non peracta tristissimo reuertenti apparuit quidam, effigiem
sancti praeferens Seuerini, qui eum minaci compellatione
perterritum sequi se iussit. cumque pauens et concitus
sequeretur, peruenit ad ianuam regis statimque dux ille
praeuius ex oculis mirantis euanuit. uerum regis inter-
nuntius diaconem unde esset uel quid speraret interrogat.
ille rem breuiter insinuans oblatis regi receptisque remeauit
5 epistolis. dimissus igitur reuexit fere septuaginta captiuos,
insuper promissionem regis gratam deferens, qua spopondit
se, cum diligenter prouinciam peragrauerit, remissurum
quantus in eadem repertus fuisset numerus captiuorum.

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(*vwdms delecta*).

4 regibuldus *K*, gubuldus *A* eum] eorum K^{a} 5 desideranter] et desiderandum *M* 6 obuiam] obuiat *K* adtentu *L* 7/8 regem const. all. est *M* 8/9 coeperit secedensque] receperit sedensque *K* 9 numquam se (se n. *M*) nec] *KCG. II. R*, numquam semet *L*, numquam se (*om.* nec) *S* in *om. R* 10 tr. fuisse *L*, fuisset tr. *K* 10/11 concussus *N* 11 impetrandi *GM* 14 absoluerent *L* 15 id *om. L* 17 pro] *I. SR*, prae *II* excubantis *N* 18 re pro qua] R^{s} *emendans*, pro re qua *I. II.* SR^{vwdm}: *tuetur traditam lectionem Traube citans Cassiodori var. p. 135, 27:* ad causam quam directus fuerat (*coll. indice p. 518 s. v. attractio*) 19 tristissimo] xxx die tristissimo R^{vw} *soli* reuerenti *A* 20 praeferens] praesens *A* compellationem *A* 23 praeuisus *A* mirantibus *L* 24 diaconem] *I.* SR^{s}, diaconum *II.* R^{vwdm} uel] et *N* 25 regi] regis $L^{1}KT^{1}N$ receptisque] praeceptisque *KNA* 26 reuixit *K* 27 gratiam *N* 27/28 spopondit se] *I.* SR^{dms}, se spopondit *II.* R^{v}, sponderat se R^{w} 29 quantus (-tas L^{1}) in e. repertus f. numerus] *I.* R^{vw}, quantos in e. repertus (reperturos *A*) f. numeros *NA*, quantos in e. reperturus (repertusus R^{d}) f. numeros TMR^{dms}, quantus (*corr.* -tum) in e. reperturus fuisset numerus (*corr.* -rum) *S*

pro qua re postmodum sanctus Lucillus presbyter destina-
tus magnam miserorum copiam a captiuitate reuocauit.
XX. Per idem tempus, quo Romanum constabat imperium, 1
multorum milites oppidorum pro custodia limitis publicis
stipendiis alebantur; qua consuetudine desinente simul mili-
tares turmae sunt deletae cum limite, Batauino utcumque
numero perdurante: ex quo perrexerant quidam ad Italiam
extremum stipendium commilitonibus allaturi, quos in itinere
peremptos a barbaris nullus agnouerat. quadam ergo die, 2
dum in sua cellula sanctus legeret Seuerinus, subito clauso
codice cum magno coepit lacrimare suspirio. astantes iubet
ad fluuium properanter excurrere, quem in illa hora hu-
mano firmabat cruore respergi, statimque nuntiatum est cor-
pora praefatorum militum fluminis impetu ad terram fuisse
delata.
XXI. Paulinus quidam presbyter ad sanctum Seuerinum 1
fama eius excurrente peruenerat. hic in consortio beati
uiri diebus aliquot remoratus, cum redire uellet, audiuit ab
eo; 'festina, uenerabilis presbyter, quia cito dilectionem
'tuam, populorum desideriis, ut credimus, obluctantem, dig-
'nitas episcopatus ornabit'. moxque remeante ad patriam 2
sermo in eum praedicentis impletus est. nam ciues Tibur-
niae, quae est metropolis Norici, coegerunt praedictum uirum
summi sacerdotii suscipere principatum.
XXII. Basilicae extra muros oppidi Batauini in loco 1
nomine Boiotro trans Aenum fluuium constitutae, ubi cellu-
lam paucis monachis ipse construxerat, martyrum reliquiae
quaerebantur. ingerentibus ergo se presbyteris, ut mitte-
rentur ad sanctuaria deferenda, haec beatus Seuerinus

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). R(vwdms *delecta*).

1 postmodum] *hoc loco I. SR, post* presbyter *II* 2 a] *LCGSR*, ex *K* (?). *II* 3 idem tempus] $LCGSR^{vws}$, id tempus KR^{dm}, id temporis *II* 4 limitis] militis *K* puplicis *TA* 5 alebantur] subleuabantur R^{vw} 6 delatae simul cum *M* limite] milite *K*, ***ite L^1 batauino] batauio *A*, *vide ad p. 8, 34* utcumque] uno utcumque *M*, et cum *K* 7 quidem *L* 9 barbarbaris *M* null. agn.] agn. null. *K* 10 sua *om. N* leg. seu.] *I. R*, seu. leg. *II*, leg. sanctus seu. *S* 11 lacrimari *LKC*(?)*A* iubet] *I*, iubens *II*, iussit R^d, iuuenes (iussit *ins. post* 12 properanter R^{vw}) SR^{vwms} 12 quem] qui L^1, quia L^2 12/13 humanum L^2, humanorum *K* 13 affirmabat *M* cruorem L^2 17 eius] *I. R*, eius latius *II. S* 18 dies *L* demoratus *M* 20 tuam *om. N* abluctantem *G* 21 ornauit *LK*, ordinabit *G* moxque] mox *R* remeantem *GN* 22 eum] *I*, eo *II. SR* 22/23 tiburniae *vide ad p. 29, 4* 23 norici coegerunt] *LCGSR*, norici elegerunt *II*, noricino eligerunt *K* 24 summis *A* sacerdotis MNA^a, sacerdote A^b 25 batauini *v. ad p. 8, 34* 26 boiotro] *I*, boiothro *N*, poiothro R^v, poiotro R^w, baiothro *MS*, baiotro *A*, biothro *T*, boitro R^{dm}, poytro R^s aenum *vide ad p. 29, 30* fluuium *ante* henum *M* 28 querebat *N*

monita proferebat: 'quamuis cuncta mortalium opere con-
'structa praetereant, haec tamen aedificia prae ceteris celer-
'rime relinquenda sunt': et ideo pro reliquiis sanctorum
nullum laborem debere suscipere, quia ultro eis sancti
2 Iohannis benedictio deferretur. interea beatum uirum
ciues oppidi memorati suppliciter adierunt, ut pergens ad
Febanum, Rugorum principem, mercandi eis licentiam
postularet. quibus ipse: 'tempus' inquit 'huius oppidi pro-
'pinquauit, ut desertum sicut cetera superiora castella cul-
'tore destitutum remaneat. quid ergo necesse est locis mer-
'cimonia prouidere, ubi ultra non poterit apparere merca-
3 'tor?' respondentibus illis non se debere contemni, sed con-
sueto subleuari regimine quidam presbyter haec diabolico
spiritu repletus adiecit: 'perge, quaeso, sancte, perge, uelo-
'citer, ut tuo discessu parumper a ieiuniis et uigiliis quies-
'camus'. quo dicto uir dei lacrimis urguebatur ingentibus,
quod in ridiculam uanitatem cunctis audientibus sacerdos
eruperit. aperta namque scurrilitas latentium est testifi-
catio delictorum. sanctus itaque uir cur ita fleret interro-
gatus a fratribus: 'uideo' inquit 'plagam grauissimam nobis
'absentibus huic loco protinus euenturam, et Christi sacraria,
'quod non sine gemitu cogor exprimere, humano sanguine
'redundabunt in tantum, ut etiam locus iste uiolandus sit'.
4 nam in baptisterio loquebatur. ad antiquum itaque et
omnibus maius monasterium suum iuxta muros oppidi
Fauianis, quod centum et ultra milibus aberat, Danuuii naui-
gatione descendit. mox igitur eo descendente Hunumundus
paucis barbaris comitatus oppidum, ut sanctus praedixerat,
Batauis inuasit ac paene cunctis mansoribus in messe de-
tentis quadraginta uiros oppidi, qui ad custodiam remanse-
5 rant, interemit. presbyterum quoque illum, qui tam sacri-
lega contra famulum Christi in baptisterio fuerat elocutus,

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwdfms} *delecta*).

1 proferebat] *TAM*R^{vds}, praeferebat *I*. *S*R^{wm}, praeferebant *N* 2/3 celeberrimae relinquendum *K* 3 et ideo] uideo *L*, ideo *K* 4 deberi *L* ultro] *I*. *SR*, et ultro *II* 5 deferetur *LKN* 7 febanum] *I* (fabianum L^1). *NA*R^{vw}, fauianam R^{dm}, febanem *TM*, feuanem *S*: *cf. ad p. 7, 1* 10 destitutum] *scripsi*, destituto *I*, destituta *II*. *SR* loci *G* 11 praeuidere *N* 12 illis] eis *M* 14 repletus] plenus *M* queso perge *G* 16 dicto] audito *M* lacrimis] a lacr. L^a 18 erupit *G*, eruperat *R* aperta ... 19 delictorum *om. M* lacentium *A* 19 fleret] fleret et *A* 21 se uenturam *A* et] ex *N*, ut *L* 22 non *om. LNS* 23 uiolantus A^1 25 mai. omn. *A* suum *om. M* 26 fauian- *v. ad p. 6, 7* aderat *A* 27 discedente *CGS*R^{vwm} unumundus *K*, hunimundus L^2, hodemundus *M*, chunimundus (chumundus R^{vw}) *SR* 29 batauis *vide ad p. 8, 34* mansoribus] messoribus *K* 31/32 sacrilegam C^1 32 contra *om.* T^1 chr. fam. *M* locutus *NA*

ad eundem locum confugientem insequentes barbari peremerunt. frustra enim illuc offenso deo ueritatis inimicus accessit, ubi tam impudenter excesserat.

XXIII. Igitur sanctissimus Seuerinus, dum in mona- 1
sterio Fauianis euangelium legeret, oratione suppleta con-
surgens scafam sibi iubet ilico praeparari et mirantibus ait:
'sit nomen domini benedictum: sanctuariis beatorum marty-
'rum nos oportet occurrere'. nec mora transmeato Danuuio
inueniunt hominem considentem in ripa ulteriore fluminis
ac multis eos precibus postulantem, ut ad seruum dei, ad
quem fama uulgante olim uenire cuperet, duceretur. mox 2
itaque ei Christi famulo demonstrato suppliciter sancti
Iohannis Baptistae reliquias optulit multis apud se serua-
tas temporibus. quas dei seruus debita ueneratione susci-
piens basilicam sancti Iohannis, sicut praedixerat, ultronea
benedictione collata sacrauit officio sacerdotum.

XXIIII. Ad habitatores praeterea oppidi, quod Ioviaco 1
uocabatur, uiginti et amplius a Batauis milibus disparatum,
solita uir dei reuelatione commonitus Moderatum nomine
cantorem ecclesiae destinauit praecipiens, ut habitationem
loci illius omnes sine cunctatione relinquerent: mox enim
perituros fore, si contemnerent imperata. aliis ergo de tanto 2
praesagio dubitantibus, aliis prorsus non credentibus iterum
misit Quintanensium quendam, cui et inlacrimans ait: 'perge
'uelocius, denuntians eis: si hac ibidem nocte manserint,
'sine dilatione capientur'. sanctum quoque Maximianum
spiritalis uitae presbyterum instantius imperat admoneri,
ut saltem ipse contemptoribus derelictis properaret caelesti
misericordia liberari: de quo sibi dei famulus magnam dice-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(vwfms *delecta*).

1 confugientes KG^{a}, confugentem *A* 3 impudenter] *CGNSR*$^{w(m. 3)}$, imprudenter *LKTAMR* (*rel.*) 4 igititur *A* sanctus *L* 5 fauian- *vide ad p. 6, 7* 6 sibi (ibi L^{1}) iubet il. praep.] ilico sibi (*om.* M^{a}) pr. iub. *M* 9 consedentem *KCG* ulteri*** (ulteriori L^{2}) in ripa *L* 10 multis eos] multos eorum *M* 13/14 seruata $T^{1}N$ 15 basilica *N*, in basilicam *Sauppe* 16 collata] collocata *M*, collatas *Sauppe* 17 iouiaco] *LK*, iobiaco *C. II. S*, iobiano *G*, iuuaco R^{v}, iuuao R^{w} (*ubi adscr.*: primo iuuauo a iuuando dicta, sed modo urbs salis), iuuauo R^{s}, iopia R^{fm}, lubianum *codex Belfortii* 18 uocatur *CGS* uiginti] lxx *R* (*omnes*), *om. K* amplius] eo a. *M* batauis *vide ad p. 8, 34* disparatu *N*, separatum R^{vw} 20 destinabit *L* 21 enim *om. M* 22 forent *N* 23 praesagio] *I. SR*, nuntio *II* 24 quintanensium] *K solus*, quintasium *reliqui* lacrimans L^{2} 25 denuntians] d. ait L^{a} 26 dilatione] *I. SR*, dubitatione *TNA*, dubio *M* maximianum] *I.* R^{vw}, maximinum *TNAS*, maximum MR^{fms} 27 spiritalis *v. ad p. 2, 12* ad (*vel* m) moneri] *I. S*, ad (*vel* m) monere *II. R*

bat inesse maestitiam, ne forte salutiferum differendo man-
3 datum imminenti subiaceret exitio. praedictus itaque per-
gens imperata suppleuit, et reliquis incredulitate nutantibus
nuntius uiri dei presbytero retinenti se atque hospitalitatis
gratiam praebere cupienti nullatenus adquieuit. qua nocte
Heruli insperate protinus irruentes oppidumque uastantes
plurimos duxere captiuos, presbyterum memoratum patibulo
suspendentes. quo audito seruus dei grauiter doluit prae-
monitos non curasse.
1 XXV. Deinde quidam de Norico Maximus nomine ad
seruum dei frequentare solitus cum uenisset et pro familia-
ritate, quam meruerat, in monasterio sancti uiri diebus ali-
quot moraretur, eius informatur oraculis patriam suam
graue repente exitium subituram. qui acceptis litteris ad
sanctum Paulinum episcopum destinatis remeauit instantius.
2 igitur memoratus antistes litterarum tenore praestructus
uniuersa diocesis suae castella scriptis propriis uehementer
admonuit, ut triduano ieiunio, quod litterae uiri dei signa-
3 uerant, exitio uenturae cladis occurrerent. quibus iussa com-
plentibus terminato ieiunio ecce Alamannorum copiosissima
multitudo feraliter cuncta uastauit, castella uero nullum
sensere periculum, quae lorica fidelis ieiunii et laudanda
cordis humilitas per uirum propheticum aduersus hostium
ferociam fidenter armauerat.
1 XXVI. Post haec leprosus quidam Mediolanensis terri-
torii ad sanctum Seuerinum fama eius inuitante perrexerat:
hunc sanitatis remedia suppliciter implorantem monachis
suis indicto ieiunio commendauit: qui continuo dei gratia
operante mundatus est. cumque recepta sanitate redire
suaderetur ad patriam, prostrauit se pedibus sancti uiri,

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwfms} *delecta*).

---

1 maestitiam] tristiciam *M* 2 exitio] excidio *M* 3 et] *I. NSR*, sed presbytero et *TAM* incredulitate] in incr. *K* 4 nuntiis L^1 uiri] uiui L^2, uero uiri T^a retinendi *M* 4/5 hospitalitatis (hop- *N*) gratiam] hospitalitatem *R* 6 insperate] imperante *G* uastantes] *I. R*, uexantes *II* (opp. que uast. *om. S*) 8 suspentes M^1, suspenderunt *K* 8/9 praemonitos] TA^bMSR^{vwfs}, praemunitos NA^a, praemonitus LR^m, praemonitum *KCG* 11 freq. solitus] prout fr. sol. erat R^{vw}, fr. sol. erat et R^{fms} 12/13 aliquit L^1 13 informatur] informa *G* 14 grauem T^1A exitium] excidium *L* 15 destinatis] ordinatis L^2 16 praestructus *LCG*, perstructus *II. SR*, constructus *K* 17 uniuersas *K*, uniuersa. *A* diocesis] a d. *N* 18/19 signauerat *KN* 20 alammanorum *K* 22 periculis *N* fidelis *om.* M^a 24 forociam *G*, ferocium *N* 25 mediolensis *L* 26 perrexerat] peruenerat *M* 27 sanitatis] sanitatum *R*, sanctitatis *S* implorante *N* 28 qui] itaque *Hartel* dei gratia (-tiam *L*)] deo *M* 30 patriam] p. suam R^{vwfs}, sua R^m sancti uiri ped. *M*

petens, ne ulterius ad sua redire cogeretur, cupiens scilicet,
ut lepram quoque peccatorum sicut carnis effugeret uitam-
que in eodem loco fine laudabili terminaret. cuius animum 2
religiosum uir dei uehementer admirans paucis monachis
paterna iussione praecepit frequentatis cum eo ieiuniis in
oratione continua permanere, ut dominus ei quae essent
opportuna concederet. tantis itaque remediis praemunitus
intra duorum mensuum spatium uitae mortalis est compe-
dibus absolutus.

XXVII. Eodem tempore mansores oppidi Quintanensis, 1
creberrimis Alamannorum incursionibus iam defessi, sedes
proprias relinquentes in Batauis oppidum migrauerunt. sed
non latuit eosdem barbaros confugium praedictorum: qua
causa plus inflammati sunt credentes, quod duorum populos
oppidorum uno impetu praedarentur. sed beatus Seuerinus
orationi fortius incubans Romanos exemplis salutaribus
multipliciter hortabatur, praenuntians hostes quidem prae-
sentes dei auxilio superandos, sed post uictoriam eos qui
contemnerent eius monita perituros. igitur Romani omnes 2
sancti uiri praedictione firmati spe promissae uictoriae
aduersus Alamannos instruxerunt aciem, non tam materia-
libus armis quam sancti uiri orationibus praemuniti. qua
congressione uictis ac fugientibus Alamannis uir dei ita
uictores alloquitur: 'filii, ne uestris uiribus palmam prae-
'sentis certaminis imputetis, scientes idcirco uos dei nunc
'praesidio liberatos, ut hinc paruo interuallo temporis, quasi
'quibusdam concessis indutiis, discedatis. mecum itaque ad
'oppidum Lauriacum congregati descendite'. haec homo dei
plenus pietate commonuit. sed Batauinis genitale solum 3
relinquere dubitantibus sic adiecit: 'quamuis et illud oppi-
'dum, quo pergimus, ingruente barbarie sit quantocius relin-

I (*LKOG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwfms} *delecta*).

---

2 effugaret *L* 3 eadem G^1 finem laudabiliter terminauit *K* 4 religiosum *post* dei *S*, *om.* *R* 5/6 freq. cum eo iei. in or. continua (continuata *K*) permanere] *I. R*, freq. . . . permaneret *S*, ut (*om. N*) freq. . . . permanerent *II* 7 praemunitus] $T^1NA^aMR^{vwfs}$, praemonitus *I.* $T^2A^bSR^m$ 8 mensuum] *TNAS*, mensium *I. MR* 10 quintanensis] *adn.* sancta uilla nunc dicitur ultra uilshouen R^w 11 iam *om.* *N* 12 batauis *vide ad p. 8, 34* 12/13 sed non . . . 15 praedarentur *om.* *M* 17/18 praesentes] *I.* SR^{vwfs}, praesentis *II.* R^m 19 contempnerint *M* omnes] *I. NASR*, *om.* *TM* 20 praedicatione *KCGA* spe *om.* *II* 21 instruxerunt] *I. SR*, construxerunt *II* 22 praemoniti A^bS 23 fugentibus *N* ita dei *G* 25 computetis *LK* nunc *om.* *L* 26 hinc] huic *G* 27 indiciis *TNA* meum T^1 28 discendite A^a

'quendum, hinc tamen nunc pariter discedamus'. talia com-
monentem secuti sunt plurimi, quidam uero reperti sunt
contumaces, nec defuit contemptoribus gladius inimici. qui-
cumque enim ibidem contra hominis dei interdicta manse-
runt, Thoringis irruentibus in eadem hebdomada alii quidem
trucidati, alii in captiuitatem deducti poenas dedere con-
temptui.
1 XXVIII. Igitur post excidium oppidorum in superiore
parte Danuuii omnem populum in Lauriacum oppidum
transmigrantem, qui sancti Seuerini monitis paruerat, assi-
duis hortatibus praestruebat, ne in sua uirtute confiderent,
sed orationibus et ieiuniis atque elemosynis insistentes
2 armis potius spiritalibus munirentur. praeterea quadam die
uir dei cunctos pauperes in una basilica statuit congregari,
oleum prout poscebat ratio largiturus: quam speciem in
illis locis difficillima negotiatorum tantum deferebat euec-
tio. igitur tamquam benedictionis accipiendae gratia maior
egenorum turba confluxit: pretiosum quippe ibidem huius
liquoris alimentum auxit turbam numerumque poscentium.
3 tunc uir beatus oratione completa signoque crucis expresso
solitum sibi scripturae sanctae sermonem cunctis audientibus
exprimens ait: 'sit nomen domini benedictum'. tunc coepit
oleum propria manu ministris implere portantibus, imitatus
fidelis seruus dominum suum, qui non ministrari uenerat,
Marc. 10, 45 sed potius ministrare, sequensque uestigia saluatoris gau-
Matth. 6, 3 debat augeri materiem, quam officio dextrae sinistra
nesciente fundebat. completis quippe uasculis pauperum
4 nihil minuebatur in manibus ministrantum. tantum igitur
dei beneficium dum circumstantes tacite mirarentur, unus
eorum, cui nomen erat Pientissimus, nimio stupore perter-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwfms} *delecta*).

1 hunc *N* discedamus] *I. MSR*, descedamus A^b, descendamus TNA^a 1/2 commonente L^1NMR^{vw}, monente R^s. commonere *S* 2 plurimi *om. K* 3 contemptoribus] temporibus *A* 5 thorigis *N*, turingis *L*, thuringis *R*, thorongis *S* ebdomada] $LMSR^{vwfs}$, ebdomad(a)e $KCGTNAR^m$ 6 captiuitate *A* 8/9 superiorem partem *L* 11 hortationibus *N*, oracionibus *M* praestruebat] *II.* R^{ms}, perstruebat *I.* SR^{vwf}: *cf. 34, 16. 38, 16* ne] non *N*, *om.* A^a 12 sed] sed et *G* 13 spiritalibus *vide ad p. 2, 20* propterea *A* 13/14 uir dei quad. die L^2 15 prout] ut T^1 16 difficillimam *CGTMSR* 17 gratiae *K* 18 pretiosum] *I. SR*, pretiosius *II* ibidem] idem *L* huius *om. L* 19 elementum L^2 turba *T* poscentum *N* 20 signoque] *I. SR*, signo *II* 21 solium *A* 24 ministrari] ministrare *N* 26 materiam *R* dextrae] *I. S*, dexterae *II. R* 26/27 nesc. sin. *M* 27 quippe] itaque (*superscr.* uel quippe) *M* 28 ministrantium *I. MS* 30 pientissimus] *rel. et S*, sapientissimus *G et codex Belforti*, pientius R^{vwf}, pietantius R^s, biennius R^m stupore] *rel. et S*, timore TR^m, terrore R^s

ritus exclamauit: 'domine mi, crescit hic caccabus olei et in
'modum fontis exundat'. sic liquor ille gratissimus prodita
uirtute subtractus est. statim Christi famulus exclamans 5
ait: 'quid fecisti, frater? obstruxisti commoda plurimorum:
'ignoscat tibi dominus Iesus Christus'. sic aliquando mulier
uidua debitis onerata Helisei prophetae iussis instruitur IIII reg. 4, 2—7
ex olei stilla, quam habebat, uasa replere quam plurima.
quod cum fecisset et adhuc a filiis uasa deposceret, ubi
audiuit defecisse numerum uasorum, mox stetit et oleum.

XXVIIII. Per idem tempus Maximus Noricensis, cuius 1
fecimus in superioribus mentionem, fidei calore succensus
media hieme, qua regionis illius itinera gelu torpente clauduntur, ad beatum Seuerinum audaci temeritate uel magis,
ut post claruit, intrepida deuotione uenire contendit, conductis plurimis comitibus, qui collo suo uestes captiuis et
pauperibus profuturas, quas Noricorum religiosa collatio
profligauerat, baiularent. itaque profecti ad summa Alpium
cacumina peruenerunt, ubi per totam noctem nix tanta confluxit, ut eos magnae arboris protectione uallatos uelut
ingens fouea demersos includeret. et cum de uita sua 2
penitus desperarent, nullo scilicet subueniente remedio, uidit
ductor comitum per soporem in effigie uiri dei stantem ac
dicentem sibi: 'nolite timere, pergite quo coepistis'. hac
ergo reuelatione protinus animati cum coepissent fide magis
quam gressibus proficisci, subito diuino nutu ingentis formae
ursus e latere ueniens uiam monstraturus apparuit, qui se
tempore hiemis speluncis abdere consueuit. mox cupitum
reserat iter et per ducenta ferme milia non ad sinistram
deuians, non ad dexteram uiam demonstrauit optabilem.
tanta enim eos intercapedine praecedebat, quanta recenti 3
uestigio semitam praepararet. itaque progrediens bestia per

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(vwfms *delecta*).

1 exclamauit] *LK. II*, e. dicens *CGSR* cac(c)auus *L*[1]. *II* 2 nodum *L*[a] sic] sed *vel* hinc *Hartel* 3 substractus *K* statim] *LK. II*, cui statim *CGSR* exclans *A*[a] 4 ait] *LKTMSR*[vwms], dixit *CG*, dicens *R*[f], *om. N* 5 christus] *I. SR*, *om. II* sic] si *L*[2] 7 stilla] situla *Sauppe* 8 quod . . . deposceret *om. N* 9 uasorum] *I. SR*, *om. II* et oleum] oleum *L*[2]*K*, *om. L*[1] 10 tepus *L* 11 fecimus] *inc. L*[1] in superioribus] *rel. et S*, superius *R* 14 post] postea *SR* 14/15 conductus *A*[a] 16 collatio] collatione *Hartel* 20 includeret] *I. SR*, excluderet *II* 22 soporem] *I. SR*, soporem quendam *II* in effigie (effiae *M*)] *II. R*, in (*del. L*[2]) effigiem *I. S* 23 cepisti *G* 24 animatis *G* 25 nuto *N* 28 reserat] referat *G*[a] ducenta] xii *R*[vw], duo *Knoell perperam* 29 dextram *K* 30 quanto *L* recenti] *I. II. R*[vw], regente *R*[fms]

heremi uastitatem uiros, qui egenis deferebant solacia, non
reliquit, sed usque ad habitacula hominum qua potuit
humanitate perduxit et mox in unam partem officio deuer-
tit expleto, ostendens tanto ducatus officio, quid homines
hominibus praestare debeant quantumque caritatis impen-
dere, cum desperantibus iter bestia saeua monstrauerit.
4 igitur cum seruo dei nuntiarentur qui uenerant, ait: 'sit
'nomen domini benedictum. ingrediantur quibus uiam, qua
'uenirent, ursus aperuit'. quo audito illi stupore nimio
mirabantur uirum dei referre id quod in absenti proue-
nerat.
1 XXX. Ciues item oppidi Lauriaci et superiorum trans-
fugae castellorum ad suspecta loca exploratoribus destinatis
hostes quantum poterant humana sollicitudine praecauebant.
quos seruus dei diuinitatis instinctu commonitus praesaga
mente praestruxit, ut omnem paupertatis suae sufficientiam
intra muros concluderent, quatenus inimicorum feralis ex-
cursio nihil humanitatis inueniens statim fame compulsa
2 immania crudelitatis coepta desereret. haec per quadri-
duum contestatus aduesperascente iam die Valentem nomine
monachum mittens ad sanctum Constantium eiusdem loci
pontificem et ad ceteros commanentes: 'hac' inquit 'nocte
'dispositis per muros ex more uigiliis districtius excubate,
'superuenientis hostis cauentes insidias'. at illi nihil aduersi
3 per exploratores sentire se penitus affirmabant. sed Christi
famulus praemonere non desinens dubitantibus uoce magna
clamabat, eadem nocte eos asserens capiendos, nisi imperiis
fideliter oboedirent, saepius repetens: 'me' inquit 'me, si
'mentitus fuero, lapidate'. itaque tandem aliquando muris
inuigilare compulsi, expleta consueti operis in noctis prin-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwfms} *delecta*).

2/3 qua p. h.] quam humaniter perduxit (ter perduxit *in litura*) *G* 3 in *om.* *K* unam] suam *Hartel* 3/4 deuertit (*LKCR*^{fm}, diuertit *II. R*^{vw}, declinauit *R*^{s}) e. o. t. ducatus (*sic K. II. R cum Indice p. 9, 6,* ductus *LC*) officio *om.* *G* 5 quantumque] *LCGSR*, quantum *II*, tantumque *K* 6 desperantibus] de spiritalibus *NA* 8 uia *T* 9 ap. urs. *M* 10 in absenti] *LKG. II. SR*^{fms}, in absentia *C*, absentibus *R*^{vw} 12 item] *I. SR*^{vw}, idem *II. R*^{fm}, *om.* *R*^{s} 14 hostem *K* poterant (-rat *K*) hum. soll.] *I. SR*, hum. pot. soll. *TNA*, hum. soll. pot. *M* 15 commonitos *K* 16 praestruxit] *II. R*^{fms}, perstruxit *I. SR*^{vw} 17 conclurent *A*^{a} 17/18 excursus *CG* 18 compulsa] *LCR*^{v}, compulsi *R*^{fms}, compulsus *KG. II. SR*^{w} 19 crudelitatis *om.* *A* desererent *C* 19/20 quadriduum] *KCGNA*, quatriduum *TMSR*^{vwf}, quadrubium *L*^{1}, triduum *R*^{ms} 22 comonentes *L* hanc *K* 24 cauentes] cauete *L*^{2} illi] illis *Sauppe* 25 per] *KG. II. SR*^{vfms}, *om.* *LC*(?)*R*^{w} affirmabant] ignorabant *L*^{2} 26 desinentes *N* 28 repetes *T*^{1} me si] si *R* 30 inuigilauere *K* noctis] hoc *M*

cipio psalmodia, cum celeberrimo coepissent uigilare con-
cursu, aceruus faeni comminus positus facula baiuli nolen-
tis accensus lumen, non incendium reddidit ciuitati. qua 4
occasione uociferantibus cunctis hostes siluarum occultati
nemoribus, subito splendore clamoreque perterriti, putantes
se praecognitos quieuerunt ac mane facto circumdantes
ciuitatem et ubique discurrentes, cum nihil uictualium rep-
perissent, direpto animalium grege cuiusdam hominis, qui
sermo dei praedicente contumax sua tutare contempserat,
recesserunt. illis autem abeuntibus ciues portas egressi
haud procul a muris scalas iacentes inueniunt, quas ad
urbis excidium praeparantes barbari uigilantium clamore
turbati nocte iactauerant. quapropter memorati ciues ueniam 5
a Christi famulo precabantur humiliter, confitentes corda
sua lapidibus esse duriora, qui rebus praesentibus agnoue-
runt in sancto uiro gratiam uiguisse propheticam: isset
nempe tunc plebs inoboediens uniuersa captiua, nisi eam
liberam uiri dei consueta seruasset oratio, Iacobo apo-
stolo protestante: 'multum', inquit, 'ualet oratio iusti as- Iac. 5, 16
'sidua'.

XXXI. Feletheus, Rugorum rex, qui et Feua, audiens 1
cunctorum reliquias oppidorum, quae barbaricos euaserant
gladios, Lauriaco se per dei famulum contulisse, assumpto
ueniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere et in
oppidis sibi tributariis atque uicinis, ex quibus unum erat
Fauianis, quae a Rugis tantummodo dirimebantur Danuuio,
collocare. quam ob rem grauiter uniuersi turbati sanctum 2
Seuerinum adiere suppliciter, ut in occursum regis egre-
diens eius animum mitigaret. cui tota nocte festinans in

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(^{vwfms} *delecta*).

1/2 concursum *K* 2 facula] *I*. $R^{f(m.2)}$, et facula *II*. $SR^{wf(m.1)}$, ex facula R^{vms} 3 reddit *N* qua] quasi L^{a} 5 nemoribus] in n. L^{a} 8 grege an. *M*, an. gregem *G* 11 inueniunt] *I*. *SR*, inuenerunt *II* quas] qua *K* 13 nocte] in nocte *R* 14 a *om.* *KA* 15/16 agnouerunt] *I*. SR^{vwfm}, agnouerant *II*. R^{s} 16 propheticum G^{1} 16/17 isset nempe tunc] *I*. *S*, esset nempe tunc *II*, dignum esse nempe dicebant ut tunc R^{vw}, esset uno impetu (*postea pro* captiua *est* captiuaretur) R^{f}, atque in uno impetu esset R^{ms} 18 dei *om.* *K* consueta seruassset] *rel. et S*, conseruasset L^{b}, consueta conseruasset (conseruaret R^{s}) *R* iacobo ... 19/20 assidua *om.* *A* 19 attestante *M* oratio] deprecatio *R* 21 feletheus *vide ad p. 7, 1* feua *vide ad p. 7, 1* 22/23 uaserant (*sic*, inu- *N*) gl. lauriaco *om.* *L* 23 assumpta G^{1} 24 exercitui *G* 25 oppidis sibi] oppido *K* 25/26 ex quibus u. erat (acceperat R^{fms}) fauianis] *I*. *NAR*, ex quibus f. (*om.* unum erat) *S*, *om.* *TM*: *cf. ad p. 6, 7* 26 dirimabantur *K* 28 adire *N* regis *om.* *K* 29 toti *A* in *om.* *L*

uicesimo ab urbe miliario matutinus occurrit. rex ergo
aduentum eius protinus expauescens testabatur se illius
fatigatione plurimum praegrauatum: causas itaque repen-
3 tinae occursionis inquirit. cui seruus dei: 'pax' inquit 'tibi,
'rex optime. Christi legatus aduenio, subditis misericordiam
'precaturus. recole gratiam, diuina beneficia recordare,
'quibus pater tuus se frequenter sensit adiutum. nam cunc-
'tis regni sui temporibus nihil me inconsulto gerere prae-
'sumebat. qui monitis salutaribus non resistens crebris pro-
'speritatibus recognouit, quanti ualeret oboedientis animus
'quantumque triumphatoribus prosit suis non tumere uic-
4 'toriis'. et rex: 'hunc' inquit 'populum, pro quo beniuolus
'precator accedis, non patiar Alamannorum ac Thoringorum
'saeua depraedatione uastari uel gladio trucidari aut in
'seruitium redigi, cum sint nobis uicina ac tributaria oppida,
5 'in quibus debeant ordinari'. cui seruus Christi constanter
ita respondit: 'numquid arcu tuo uel gladio homines isti a
'praedonum uastatione creberrima sunt erepti et non potius
'dei munere, ut tibi paulisper obsequi ualeant, reseruati?
'nunc ergo, rex optime, consilium meum ne respuas, fidei
'meae hos committe subiectos, ne tanti exercitus conpul-
'sione uastentur potius quam migrentur. confido enim in
'domino meo, quod ipse, qui me fecit horum calamitatibus
'interesse, in perducendis eis idoneum faciet promissorem'.
6 his auditis rex modestis allegationibus mitigatus cum suo
protinus remeauit exercitu. igitur Romani, quos in sua
sanctus Seuerinus fide susceperat, de Lauriaco discedentes
pacificis dispositionibus in oppidis ordinati beniuola cum
Rugis societate uixerunt. ipse uero Fauianis degens in
antiquo suo monasterio nec admonere populos nec prae-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). *R*(vwfms *delecta*).

---

1 matuninus *M*, maturius *L*², matutinis *A*ᵇ ergo] uero *CG* 3 itaque] igitur *R*ᵛʷᶠ, *om.* *R*ᵐˢ 4 tibi inquit *M* 6 beneficia] misericordia *K* 7 tuus] *I. SR*, *om. II* se freq.] *I. R* (*sic* *R*ʷᶠᵐˢ, se *om.* *R*ᵛ⁽ᵐ·¹⁾), freq. se *II. R*ᵛ⁽ᵐ·²⁾, freq. *S* 8 inconsulto] inconsumpto *N* 13 ac thoringorum] aut thuringorum *R* 14/15 uel gladio tr. aut in seruitium (*sic* *CGSR*ˢ, seruitio *LKR*ᵛʷᶠᵐ, seruitutem *TN*, seruitute *A*) redigi *om.* *M* 16 debeant] *I. SR*, debent *II* cui] cum *A*ᵃ christi] dei *M* 18 praedouum *M*ᵃ 19 obsequii *KG* 22 enim *om.* *N* 23 me] in me *N* 24 faciat *M* 25 modestis] molestis *L*²*R*ᶠ exercitus *L*¹ in *om.* *A* 27 discetes *T*ᵃ 28 *cf. index 9, 13*: quomodo in sua fide populos susceperit ut eos ad inferiora oppida id est Rugis viciniora deduceret 29 rugis] regis *NA* fauianis *v. ad p. 6, 7*

dicere futura cessabat, asserens uniuersos in Romani soli
prouinciam absque ullo libertatis migraturos incommodo.
XXXII. Isdem temporibus Odouacar rex sancto Seue- 1
rino familiares litteras dirigens, si qua speranda duceret,
dabat suppliciter optionem, memor illius praesagii, quo eum
quondam expresserat regnaturum. tantis itaque sanctus
eius alloquiis inuitatus Ambrosium quendam exulantem
rogat absolui. cuius Odouacar gratulabundus paruit impe-
ratis. quodam etiam tempore, dum memoratum regem multi 2
nobiles coram sancto uiro humana, ut fieri solet, adulatione
laudarent, interrogat, quem regem tantis praeconiis praetu-

I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). R^{vwfms} *delecta*); 3 isdem ... 42, 4 probaturos *I* (*LKCG 1. 2. 4. 6. 7. 8*). *II* (*TNAM 11*). *S* (*21. 22. 24. 25. 26. 27. 28*). *R*(vw *31. 32. 33. 35.* fms *41. 42. 43. 44. 45. 46. 48. 49. 50*). — 4 familiares ... 8/9 imperatis *Consularia Italica = Anon. Vales. 47* (*chron. min. vol. 1 p. 315*); 9 quodam ... 42, 3 significans *Anon. Vales. l. c.*

1/2 in romani (romam *L*) soli (solo R^{m}) prouinciam (-cia *CG*) *I. SR*, in (*om. M*) romanis (-nos *M*) ad suas prouincias *II* 2 inquomodo *A* 3 (h)isdem] hiisdem *T*, his R^{s}. *42. 43. 44*, eisdem *23* odouacar] *C. 4.* R^{vw}. *31. 33. 35. 46*, odouachar R^{f}. *41*, odouaca *2*, odouacer *G*, odouager *21. 22. 24*, odobacar *48. 50*, odobagar $R^{m(m.2)s}$. *44. 45. 49*, odabagar $R^{m(m.1)}$, odoacar *K. II* (*TNAM. 11*). *26. 28*, odoachar *25*, odoacer *L. 1. 6. 7. 8. 27*, odouedar *32*, dobagar *43*, dobugar *42*, odochar *Vales.* rex *om. 27* 4 familiares (-ris R^{m}) litteras] l. f. R^{s}. *42. 43. 44* dirigens] diries $R^{v(m.1)}$, direxit *27* si qua ... 5 optionem] ut quicquid ab eo uellet peteret *27* si qua sp. duceret *om. 41* si qua] *rel. cum Valesiano*, quae *II: cf. in-dex p. 9, 17:* aliqua a se sperari poscens speranda] desperanda *8*, spernenda R^{f} duceret] deduceret *42* 5 dabat] et dabat *48* *post* suppliciter *iterat* dabat *28* *post* optionem *ins.* ut uir dei aliquid ei imponere uellet $R^{f(m.2)}$. *41* memor ... 6 regnaturum *om. 6* 5/6 quo (quod *22. 24. 25. 26*) eum quondam (quodam K^{1}) expr.] quondam quo eum expr. R^{w}. *33*, quo eum expr. quondam R^{m}. *49* 6 tantis (*om.* R^{f}. *41*) itaque (*om. 45*)] quibus *27* sanctus] sancti *A*, sanctis *23. 25. 26. 28* 7 eius alloquiis] *LK. 1. 7. 8. II. S*, all. eius *CG. 2*, alloquiis (*om.* eius) *R* (familiaribus alloquiis *41*, *de 35. 45 parum constat*) inuitatus] incitatus 41^{2}, inuitat *22* ambrosium] ambrosius *22* quendam] quondam *7. 8* exulantem] exul-tantem *22. 28* 8 rogat] rogauit *25. 26. 28. 41*, rogabat *22. 27. 48* absolui c. o. gr. p. imperatis *om. 25*, absolui cuius precibus annuens deuote rex praefatum uirum absoluit *27* cuius] cui *45. 49 et Valesianus* odouacar] *KC. 2. 4. 26.* $R^{v(m.1)w}$. *31.* 32^{1}. *33. 35. 46*, odouacher R^{f}. *41*, odouacer *G*$R^{v(m.2)}$, odouager *21. 22. 24*, odobacar *48. 50*, odobagar R^{ms}. *43. 44. 45. 49*, odoacar *II* (*TNAM 11*), odoacer *L. 1. 6. 7. 8*, odouadar 32^{2}, dobagar *42* (*de 33 non constat*) 8/9 imperatis] impetratis *6* 9 quodam (quondam *4*) etiam (itaque *K*) tempore] quo etiam tempore *II.* 45^{1}, quondam etiam *22. 24. 25. 26. 28*, quondam *27* multi] multis *8* 10 nobiles] nobilis *4*, nobilibus *8*, mobiles *28*, reges R^{s}. *42. 43. 44* humana] humanae *6* ut] uit *4* fieri (figeri *32*, fieret 6^{1}) solet] s. f. *27* 11 regem (rege *A*) t. praeconiis] t. pr. r. R^{s}. *42. 43. 44* 11/*p.* 42, 1 praetulissent] optulissent *8*, attolerunt *26*, *om. 28*

lissent. respondentibus, ‘Odouacarem’, ‘Odouacar’ inquit ‘in-
‘teger inter tredecim et quattuordecim’, annos uidelicet in-
tegri eius regni significans: et his dictis adiecit citius illos
quod ipse praedixerat probaturos.

1 XXXIII. Ab oppidaneis Comagensibus, apud quos
primum quondam innotuerat, beatus Seuerinus suppliciter
rogatus aduenit. cuius comperta praesentia unus ex opti-
matibus Felethei regis filium suum adolescentem diuturno
langore uexatum, cui iam parabat exequias, traiecto Danuuio
pedibus eius proiecit et lacrimans: ‘credo’ inquit ‘homo dei,
2 ‘te filio meo uelocem impetrare diuinitus sanitatem’. tunc
data oratione qui semiuiuus allatus fuerat statim incolumis
patre mirante surrexit et perfecta protinus reuertitur so-
spitate.

1 XXXIIII. Elefantiosus etiam quidam, Teio nomine, de
longinquis regionibus sancti Seuerini inuitatus uirtutibus
uenit, rogans eius oratione mundari. accepto itaque ex more

---

ad v. 4 vide p. 41; deinde I (*LKCG*). *II* (*TNAM*). *S* (*21 delecta*). R(*vwfms delecta*).

---

1 respondentibus] r. illis *27*, *om. 26. 28* odouacarem] R^{w}. *33. 35*, odouarem $R^{v(m. 1)}$. *31. 32*, odouacrem *CG. 2.* $R^{v(m. 2)}$, odouacarum R^{f}. *41*, odobacarum *48. 50*, odobagarum R^{ms}. *42. 43. 49*, odobogarum *44. 45*, odoacarem *II*, odoacrem *LK. 1. 7. 8. 27*, odouacar *46*, odouager *21. 22. 24*^{2}, odoager *24*^{1}, *om. 4. 6. 25. 27. 28*: odocharem *Valesianus* *post* odouacarem *ins.* regem R^{ms}. *42. 43. 44. 46. 48. 49. 50*, *ante* odou. R^{f}. *41* odouacar] *KCG. 2. 4.* $R^{v(m. 1)wf}$. *32. 33*^{1}. *35. 41. 46*, odobacar *48. 50*, odobagar R^{ms}. *42. 43. 45. 49*, odobogar *44*, odouager *21. 22*^{2}. *24*, odoacar *II* (*TNAM*^{2}. *11*), odoachar *25*, odoeacar *M*^{1}, odoacer *L. 1. 6. 7. 8. 27* (*hic anto* integer), odouadar $R^{v(m. 2)}$. *33*^{2}, *om. Valesianus* inquit] inquit uir dei *27*, *om. 4. 6* 1/2 integer inter] *I. S* (*21. 22. 24. 25. 26. 28*), integer erit inter *27*, interim inter R^{m}. *42. 43. 44. 45. 48. 49. 50*, interimitur inter R^{f}. *46*$^{(m. 2)}$, inter (*om.* integer) R^{s}. *46*$^{(m. 1)}$ *cum Valesiano*, integer (*om.* inter) *II* 2 et (aut R^{vw}. *31. 32. 33. 35. 46*, *om. 48. 50*) quattuordecim annos (perdurabit *ins. 32*) uidelicet] annos et q. uid. R^{s}. *42. 43*, annos uid. et q. *21. 22. 24*, annos uid. (*om.* et q.) *4* 2/3 integri] *KTNAS* (*21. 22. 24. 25. 26. 28*) *cum Valesiano*, integritatem *LCG. 1. 2. 4. 6. 7. 8*, interim *M*, integros R^{vw}. *31. 32. 35. 46*$^{(m. 1)}$, integros annos R^{f}. *41. 46*$^{(m. 2)}$, integros regnabit finem uero R^{ms}. *42. 43. 44. 45. 49*, integrum *27. 48. 50*, *om. 33* 3 eius regni (regnum *M. 27*, re *8*) sign.] r. e. s. (s. r. e. R^{s}) *R* 3/4 illos (ille *8*) quod (quos *21. 22. 24*, quo* *46*, qui *8*, per quod *2*) ipse (*om.* R^{vs}. *31. 32*) praedixerat (dixerat *24*^{1}. *31*^{1}) probaturos (prouaturos *8*, probat uiros *46*^{a}) *om. 25. 26 et una cum praecedentibus* et h. d. adiecit *27. 28* 5 oppidaneis] *TNSR* (*scilicet* R^{fms}, ad oppidanos comagenses R^{v}, ad oppidanos comagienses R^{w}), oppidanis *I. M* comagenensibus *K*, commagenensibus *CG*; *vide supra p. 6, 5* 6 primum] plurimum *M* 7 aduenerat *M* • 8 felethei *vide ad p. 7, 1* diutunno *A*^{a} 9 exequias] *I. SR*, exequia *II* transiecto *LK* 11 tunc] tum *M* 12 semiuiuum *N* fuerat *om. M*^{a} statim] et statim *K* 13 migrante *L* perfectam *G*, profecta *K* 13/14 sospitate] sanitate *C*, in sanitatem *G* 15 lefantiosus *A*, lephantiosus *K* teio] tegio *N*, telio *S* 16 longuinquis *A* 17 eius *I. SR*, eius se *II*

praecepto iubetur deum, totius gratiae largitorem, sine ces-
satione lacrimabiliter exorare. quid plura? precibus beati 2
uiri idem leprosus diuina opitulatione mundatus, dum com-
mutat mores in melius, mutare meruit et colorem, regis
aeterni magnalia tam suis quam plurimorum uocibus longe
lateque denuntians.

XXXV. Bonosus quoque, monachus beati Seuerini, 1
barbarus genere, qui responsis eius inhaerebat, oculorum
imbecillitate plurimum praegrauatus medelam sibi prae-
stari eius oratione poscebat, aegre ferens aduenticios et
externos salutaris gratiae sentire praesidia sibique nullam
remediorum opem aliquatenus exhiberi. cui seruus dei: 2
'non tibi' inquit 'expedit, fili, corporeis luminibus aciem
'habere perspicuam et exterioris oculi clarum praeferre con-
'spectum: ora magis, ut optutus uegetetur interior'. talibus
